



Catechismus maior D. Mart. Luth. per pias quaestiones, pro Christiana iuuentute breuiter & ordine explicatus.

<https://hdl.handle.net/1874/456564>

3


C A T E

CHISMVS MAIOR
D. Mart. Luth. per pias quæstiones,
pro Christiana iuuentute breuiter &
ordine explicatus.

AVTORE IOANNE SPAN-
genbergo Herdesiano, apud Northu-
sanos Verbi ministro.

Vnà cum nouis Præfationibus
ad Verbi ministros.

FRANCOFORTI,
Apud Chr. Egenolphum.



P I O L E C T O R I
Ioan. Spang.

Mirantur passim multi, Catharina beata
Quòd quinquagenos uicerit ore uiros
Sed quis idem his fieri dubitat non posse diebus,
Vincat ut insignes una puella uiros.
Nam miranda parat toto Catechismus in orbe,
Et facit ut uerbum regnet ubiq; Dei.

PRAE

P R A E F A T I O.



QUOD in concionibus non ipsi
solum Catechismum urgemus, sed
alios etiam ut idem faciant, roga-
mus, obtestamurq; non cōtemnen-
das sanè causas habemus, maximè

cum uideamus & concionatores et Parochos ipsos
hic, ut plurimū, cessare, contemnentes & officium
suum & doctrinam ipsam: idq; inde adeo, quòd qui-
dam illorum nimis alta, ut sibi quidem uidentur, sa-
piunt, quidam etiam ipsa socordia uentrisq; cura
nihil prius habent, non aliter erga hoc negotium af-
fecti, quàm si uentris solummodo causa Parochi &
pæcones uerbi constituentur, nec alia re occupa-
tos esse conueniat, quàm ut strenuè prodigant, con-
sumantq; dum uiuunt, omnia, perinde ut sub Papa
tu consueuerunt. Ac tametsi omnia quæ doceri atque
predicari debeant, hoc tempore abundè illis suppe-
tant, dilucidè que ob oculos posita sunt, tot præcla-
ris ac salutaribus ad hoc editis libris, cumq; ut olim
nominare consueuerunt, ita nunc re ipsa, Sermo-
nes per se loquentes, Dormi secure, Paratos &
Thesuros habeant, ita tamen siue inertes, siue etiã
peruersi quidam sunt, ut hæc scripta nec emere
dignantur, aut si empta habeant, intueri saltem
nec legere uelim. Bone Deus, quàm noxium detestan-

Exordium
à pio affe-
ctu & ius-
ticio, cuius
ratio subs-
icitur.

Narratio
quæ cōti-
net occasi-
ones per
distributi-
onem.

Occupas-
tio, qua re-
prehendis-
tur igna-
uia quor-
undam,
et subinde
fit exhor-
tatio à fa-
cili & rei
indignita-
te.

P R A E F A T I O.

dumq; hoc hominum genus est, uentris gulaq; man-
cipia, quos rectius porcis aut canibus quam fidelium
animabus praefeceris.

Ab honesto officio.

Ac optandum quidem foret, ut cum inutiles laboriosaq; demurmurationes preclarum canonicatum, ut uocantur, deserunt, harum loco mane, meridie ac uesperis aliquot saltem paginas, uel in Catechismo, uel in precationibus, uel in Nouo Testamento euoluerent, aut deniq; aliud quippiam ex Bibliis sacris sibi sumerent, orationemq; Dominicam alio

A turpitudine.

quando ad Deum patrem & sua & gregis sui causa perorarent, quò tandem uidelicet Euangelio, cuius beneficio tot oneribus ac molestijs liberati sunt, uel aliquam rependant gratiam, subpudeatq; eos, quòd instar canum ac suum, non aliud ex Euangelio addidicerint, quam desidiosam, noxiam, ac detestandam hanc carnis licentiam. Nam cum uulgus alioqui nimis frigide erga Euangelium affectum sit, & nos etiam cum omnia summa conamur, aut nihil aut parum efficimus, quanto minus preclari aliquid sperandum erit, si, quemadmodum sub Papatu fuimus, ita nunc quoque desides ac negligentes esse coeperimus.

A damno impedenti.

His accedit noxium atq; pestiferum illud malum securitatis & sacietatis, quòd multorum animis iam pridem latenter obrepit, eosq; ita inficit, ut sancte

Aliud incommodum.

deiciat.

P R A E F A T I O.

deierent, nihil esse facilius ipsa Catechismi doctrina, adeo etiam, ut cum unica lectione illum percurre-
rerint, statim uelut ad summum prouecti atq; edocti
librum ipsum in angulum aliquem abijciant, pudeat
que eos quodammodo in manus sumere denuo. Imò
quod indignius est, reperuntur hodie etiam ex no-
bilibus quidam adeo ignobilis animi, ut affirmare
eius sine, nihil opus esse amplius siue Parochis, siue
concionatoribus, sed sufficere libros, ex quibus ea-
dem hæc discere quilibet per se ac nullo tradente
queat. Vnde & ipsas Parochias strenuè ac fertiter
collabi ac desolari patiuntur, Parochos autem &
concionatores tantum non fame interire sinunt, pe-
rinde ut decet stolidos ac insanos Germanos. Talem
etenim populum Germani, & habemus & tolerare
cogmur.

A rei fœ-
ditate &
indignitas
te.

Grauis re-
prehensio
& uera ni-
mis.

Ego uerò, ut de me ipso dicam scilicet, tametsi
Doctor ac Prædicator sum, non minori, ut opinor,
cum doctrina tum experientia præditus, quàm iij qui
tanta de se præsumunt, & ad tantam securitatem
peruenerunt, haudquaquam tamen imitari me pue-
ros pudet, sed quemadmodum illos Catechismum
docemus, ita & ego manè, aut quando cunq; uacui
aliquid temporis datur, ipsam orationem Domini-
cam, Decem præcepta, Articulos fidei, Psalmos alia
quot & c. mecum ipse quasi ad uerbum recito.

Ab exeme-
plo.

P R A E F A T I O .

Collatio. Et quanquam adhuc quotidie lectionibus & studiis uaco, attamen ne sic quidem possum peruenire quod cupio, aut praestare quae uolo. Ita fit ut puerum ac discipulum Catechismi etiam hodie me profiteri necesse habeam, profiteorq; libenter. Ac delicatuli fastidiosuliq; isti uel unica tantum lectione assequuntur, ut repente omnes ubiq; Doctores post se relinquunt, sciantq; omnia, nec ullius doctrinae institutione opus amplius habeant. Imò uerò hoc ipso ueluti certissimo argumento ostendunt, quod nullam prorsus nec sui officij, nec salutis promotionem habeant, sed contemnant & Deū pariter & Verbum ipsius. Nec est quòd ruinam ultra metuant, eum iam horrendissimū casum fecerint, quin potius opus illis sit denuo reueraescere, ac discere prima literarum elementa, quae alioqui etiam ipsis caecis (ut dicitur) sibi protrita esse existimant.

Obtestatio. Rogo itaq; hos ignauos uentres ac praesumptuos sanctos, ut uel propter DEUM hoc sibi persuaderi patiantur, se ad eam eruditionem hanc quaquam peruenisse, quam ipsi sibi tribuunt. Deinde, ut nec unquam animum inducant, se Catechismi partes omnino omnes perdidicisse, perfectissimas habere, etiamsi notissimae ac meditati ssimae ipsi

Cōcessio. sis uideantur. Nam ut maximè demus eos omnia quam optimè ac perfectissimè tenere ac scire, quod

P R A E F A T I O.

tamen in hac vita propemodum impossibile fuerit) non tamen neque illud prætereundum, multiplicem usum ac fructum ex eo consequi, si eadem illa rudimenta quotidie legantur, meditandoq; & loquendo exerceantur, nimirum quòd Spiritus sanctus adsit huic lectioni, sermoni ac meditationi, qui subinde novos motus excitet, ac maius lumen suppeditet, ut quotidie magis magisque hac doctrina afficiamur, ac maius operæ precium in ea faciamus, sicuti & Christus ipse promittit apud Matthæum, capite decimo octavo, cum inquit: Vbicunque duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ero in medio eorum.

Ab utilitate.

Prima utilitas huius lectionis.

Ad hæc nihil est efficacius contra Diabolum, earum & omnes pravae cogitationes, quàm si sedulo tractetur uerbum Dei, de eo sit sermo & meditatio nostra, adeo ut Psalmus primus eos pronunciet beatos, qui in Lege Dei meditantur die ac nocte. Nec est, quòd thus præstantius, aut odoramentum aliud quod efficacius aduersus demones habiturum te speres, quàm si VERBUM & præcepta Dei multo usu tractes, de ijs familiares misceas sermones, illa canas ac mediteris. Hæc enim uerè aqua illa sanctificata sunt, uerumque signum, quo Satan & fugatur, & quod fugit maximè. Et si nulla alia utilitas hinc petenda sit, quàm quòd Satanam &

Secundus usus.

Collatio:

Ab efficacia.

PRÆFATIO.

prauas cogitationes depellat, certe uel sola hæc
 tanti facienda erat, ut hanc doctrinæ partem libe-
 benter disceres, legeres, meditareris & tractares.
 Non enim potest nec ferre, nec audire uerbum Dei
 Satan. Et ipsum Verbum non est tale, quales sunt
 aniles fabulæ, aut carmina lyricorum, sed est, quem
 admodum Paulus ait, Potentia Dei ad salutem om-
 ni credenti. Ac reuera potentia Dei, quæ Satanam
 ut maximè affligit & premit, nos uerò supra mo-
 dum & refocillat, & reficit. Et quid multis opus?
 Si fructum ac utilitatem omnem, quam uerbum Dei
 operatur, enumerare uellem, neq; charta, neq; tempo-
 rus suppeteret. Vulgo uocant Satanam mille artium
 opificem, hoc est, cuius potestas sit uaria ac mul-
 tiplex. At ipsum Dei sermonem, qui non solum uari-
 am ac multiplicem potestatem habet, uerum etiam
 illum ipsum mille artium artificem cum omni poten-
 tia ac arte sua opprimit, et ad nihilum redigit, quo-
 tandem nomine dignabimur? nimirum non nulle tan-
 tum artium, sed multarum myriadum artificem me-
 rito dixeris. Quare nos quidem, si tantam potentiam
 tantam utilitatem, tantas uires, tantum deniq; usum illius
 us adeo parui æstimaremus, præsertim qui parochi
 & concionatores esse perhiberi uolumus, tum digni
 sane essemus, quibus non solum nullus suppediretur
 cibus, sed quicunq; etiam exigeremur, præsertim

Amplifi-
 catio.

A pœna.

P R A E F A T I O.

cum illis omnibus non minus quam quotidiani panis
opus habeamus, ac plane iisdem contra quotidianas
ac irrequietas tentationes & insidias mille istius ar- A necessi-
tate.

Quod si neq; hæc satis sufficiant ad excitandos A manda-
to Dei,
commouendosq; animos ad diligentem Catechismi

lectionem, ipsum tamen præceptum Dei, uel solum
cogere nos debebat, quod extat Deut. sexto, ut præ-
cepta ipsius sedentes, ambulantes, stantes, iacentes,
surgentes, nunquam non meditemur, ac uelut signum
aliquod ob oculos ponamus, ac manibus gestemus.

Proculdubio non temerè Deus hoc tam seueriter & A consilio
Dei.

precipit, & exigit: Sed cum non ignoret quæ nos
pericula et necessitates urgeant, ad hæc quanta cõ-
nullo non momento in perpetuam nostri perniciem
sint instructi, uoluit nos cõtrà optimus ille pater no-
stræ cælestis ueluti solida & efficaci armatura hoc
modo paratos atq; instructos esse, quò possimus &

ignita tela ac prauas pestiferasq; illorum aggressio- Exclama-
tio.

nes repellere ac profligare. Sed ò stolidos ac insen-
satos nos, qui cum necesse habeamus diuersari ac de-
gere inter hostes adeo potentes, nempe Demones, ni-
hilominus arma nostra contempnamus, desides atque
sterrentes ea ne aspiciere quidem, aut ipsorum memia-
risse sustineamus.

P R A E F A T I O.

A magnis
tudine
peccati.

Et quid quæso, saturi illi præsumptuosiq; sancti
Catechismi uidelicet doctrinam respicientes, ac longè
abiectionem estimantes, quàm quæ quotidie legere
disci debeat, aliud agunt, quàm quòd seipso longè
doctiores reputant Deo ipso, omnib. angelis, Patri-
archis, Apostolis, & omnib. Christianis? Nam cum
non pudeat Deum ipsum hæc quotidie docere, ut
qui melius ac præstantius aliquid, quod doceatur,
non habeat, eademq; illa sæpius iteret atq; inculcet,
noui uerò ac alienū ab hac doctrina nihil sibi sumat,
addo etiam, cum omnes sancti nihil nec melius sciant,
quod discant, nec unquam ad plenum discere que-
ant, an non scilicet egregij ac perbelli homines su-
mus, quòd cum semel hanc doctrinam, uel legerimus,
uel audiuerimus, in eam persuasionem ueniamus,
quasi omnia sciamus, nec ulla amplius nobis opus sit
lectione, adeoq; una etiã hora illud perdiscere pos-
simus, quod nec ipse Deus perdocere potuit, idque
cum iam inde à condito mundo ad finem usq; illud
idem hoc agat. Deniq; omnes Prophetæ ac sancti
abundè semper habuerint hinc quod discerent, ni-
hilominus discipuli perpetuò manserint, & manere
necesse habuerint.

A fructu.

Nam illud sanè certum atque indubitatum est,
quòd qui Decem præcepta probè norit ac perdidit
erit, is totam etiam Scripturam sciat, ut possit in
quis

P R A E F A T I O.

quibuslibet negocijs & casibus, consilio, auxilio, cōsolatione praesto esse, discernere ac iudicare ciuiles pariter & ecclesiasticas controuersias, sitq; Iudex omnium doctrinarum, ordinum, spirituum, iuris & aequitatis, ac quicquid in mundo esse possit. Et quid precor, totus Psalmodū liber aliud, quam meras cogitationes, exercitiāq; primi praeccepti continet? At qui persuasissimum habeo, huiusmodi ignauos uentres ac presumptuosos spiritus ne unicum quidem Psalmum intelligere, nedum totam scripturam.

Et interim tamen iidem illi Catechismi traditionem contemnunt, qui totius scripturae quasi quoddam compendium est, breuicmq; illius atq; summariam descriptionem continet.

Quare nunc iterum omnes Christianos obsecro **Conclusio.** obtestorq; in primis uerò Parochos & Concionatores, ne praematurè Doctores fieri uelint, seque omnia scire falso sibi persuadent. Nam ut falsis ponderibus atque mensuris, ita & uanis persuasionibus multum deccedit, cum ad iustum examen exiuntur. Quin potius quotidie his studijs exerceantur, eademque sedulo inculcent. Ad haec omni cura ac diligentia caueant, ne detestanda cōtagione securitatis praesumptionisq; corripiantur, sed in hoc praecipuè incūbant, ut legendo, docendo, discendo, cogitando, & meditando omne tempus consumant, **nec**

P R A E F A T I O.

nec antea desistant, donec re ipsa cōpererint, ac certifi-
 ti fiant, quòd satanam ac mortem perdidicerint, do-
 ctioresq; facti sint Deo, & omnibus Angelis eius.
 Quòd si hanc diligentiam adhibuerint, sanctè ipsis
 promitto, ac re ipsa ijdem etiam experientur, quòd
 magnum inde fructum sint consecuturi, & quòd ex-
 cellètes viros Deus ex ipsis factururus sit, adeo ut ipse
 si etiam aliquando fateantur, quòd, quo magis Catho-
 lichismi doctrinam repetunt iteratq; eo minus ipsam
 apprehendant ac sciant, sed necesse habeant perpe-
 tuò illam discere. Ex qua quidem re fiet, ut tum de-
 mum ueluti esurientibus & sitientibus placere ac sa-
 pere illud incipiat, cuius nunc prænunia saturitas
 te ac fastidio ne olfactum quidem ferre sustinent.
 Quod ut fiat, Deum precamur, quo gratiam nobis
 suam largiatur, A M E N.

A L I A P R A E F A T I O.

Confiliū
 auctoris.

PRæscns opusculum haud alio animo elabora-
 uimus, quàm ut esset institutio puerorum atq;
 simplicium. Hinc apud ueteres lingua Græca Ca-
 techismus dictus est, quæ uox puerilem institutionē
 significat. Hæc uerò cuius Christianorum neces-
 sario debet esse perspecta & cognita, ita, ut si quis hu-
 ius cognitionem non habeat, in Christianorum numero
 rum meritò non sit referendus, neq; ad Sacramento-
 rum

Ab officio
 Christiano-
 norum.

P R A E F A T I O.

rum participationem admittendus. Quemadmodum
 opifex quispiã manuarius, qui artis aut opificij sui
 rationem & usum non callet, iure optimo reprobatur
 & minimi precij habendus. Quapropter pueri
 articuli ad Catechismum, seu puerilem institutionem
 pertinentes, summo studio tradēdi sunt, in quibus
 ipsis non segniter exercenda eorundem industria.
 Inde fidelis ac uigilantis patris familiars officium exigit,
 ut per hebdomadam ad minimum semel habito
 examine liberorum ac familiae, periculum faciat, ac
 audiens exactè perquirat, quid hisce de rebus intel-
 ligant, aut didicerint, quibus ignoratis, eosdem serio
 & grauitè eò ut ista perdiscant, adigat. Probè
 enim commemorari, atque adeo quotidie hoc ipsum usu
 venire uidemus, ut usque adeo tardo atque hebeti inge-
 nio inueniantur homines, iamque natu grandiores,
 quibus hac de re nihil prorsus compertum fuit, aut
 etiam hodie teneant, quanquam nihilo secius Sacra-
 mentorum nobiscum fiant participes, omnibusque illis
 utantur, quae peculiariter Christianis utenda data
 & instituta sunt, cum tamen ij, qui Sacramentorum
 usum sibi uendicant, plus scire, neque non ampliore
 Christianarum rerum intelligentia praediti atque ex-
 culti esse debebant, quam pueri aut nouicij schola-
 stici. Ceterum nos pro instituendo uulgo, hisce par-
 tibus contenti erimus, quae à priscis usque seculis re-
 cepta

Simile.

Officium
 patris fami-
 liarum.

Ab experi-
 entia.

P R A E F A T I O.

cepta cōsuetudine in Christianismo permanserunt
tametsi per pauca ex his rectè & sincerè tradita
sint populo, donec in iisdem probè triti & exerci-
tati euaserint, cum senes tum iuuenes, quicumq; Chri-
stiani esse, aut dici contendunt.

A D L E C T O R E M Eberhardus Allendorpius.

Q Vos pia diuini tangit reuerentia uerba
Hunc librum solita religione legenti
Inuenient dubiæ fidei haud oracula Phœbi.

**Sūma Ca-
techismi.**

Sed quæ animum solidant lucida uerba Dei.
Hinc germana Dei quæ sit sententia, legis,
Cognosces, fidei & symbola sacra tuae.

**Commen-
datio Ca-
techismi.**

Natiuum Dominiq; habeat quem oratio sensum
Pondera uerborum reddita ritè docent.
Sancta parens Ecclesia conspicienda, legatis

Cum Sacramentis hic ueneranda datur.
Non modò Musarum fons hîc Helicone bibendus
Sed sacrosancti sanguinis unda, mero.
Scripta quidem legimus genere hoc in plurima
passim,

Sed quæ non æquè commoda, grata Deo,
Humanas etenim redolent aliquando tenebrata

Quæ suspectæ animis sunt meritò usq; pijs.
At sincerus habet genium hic Catechismus amantiss.
Vnde

Vnde uetustatem pertulit ille diu,
Spiritu ab aethereo qui certè autore profectus,
Hinc teneras mentes imbuit atq; fouet.
Caestem causa quicunq; inuasit arcem,
Scilicet huic libro numen inesse pium.
Dignus erit Latio sermone, & laudibus ergo
Omnibus, & linguis commodus atq; Scholis.
Nos pietatis amor rationem cogit habere
Aet at is tenerae, quae studia ista colit.
Huic liber hic ideo inscriptus, propriusq; dicatur,
Vtile colloquio misceat unde suo.

Constat
in transfe
rendis.

ADHORTATIO

ad pueros.

Excidat haud animis, pueri ô, memorabile
dictum,
Caelorum regnum proximum adesse datum:
Quando uocat Christus, allatos accipit ulnis,
Obuius amplectens, ac benedicit amans.
Fœdus in it sacrum nobiscum, sanguinis unda
Aspergens, sancto pneumate, & ore nouat.
Angelicus, quorum patris chorus omnipotentis,
Præsentem faciem semper habet placidam.
Ergo puer Dominum studeas agnoscere Christum,
Patris imago ille est, ueræq; uita, salus.
Hunc tibi proponit Catechismus, ut Angelus, illum
Intuitor tuus, & doctus ubiq; places.

CATA

CATALOGVS PAR
tium Catechismi.

Decalogus, seu Decem præcepta.

Symbolum.

Oratio Dominica.

Sacramentum sacri Baptismatis.

De Baptismo paruulorum.

De confessione & pœnitentia.

Sacramentum corporis & sanguinis
Christi.

LATINA

LATINA CATE-
CHESIS.

PRIMA QVAESTIO.

Quot sunt præcipuæ partes totius
Christiane doctrine?

Quinq; potissimum.

Quæ est Prima?

Decalogus seu decem præcepta Dei.

PRIMUM.

Non habebis Deos alienos coram
me.

SECUNDUM.

Non assumes nomen Domini Dei tui
in uanum.

TERTIUM.

Memento, ut diem Sabbathi sanctifi-
ces.

QUARTUM.

Honora patrem tuum, & matrem tu-
am, ut sis longæuus super terram.

QUINTUM.

Non occides.

SEXTUM.

Non moechaberis.

B

SEPTI-

CATECHISMVS.

SEPTIMVM.

Non furtum facies.

OCTAVVM.

Non loqueris contra proximum tuum, falsum testimonium.

NONVM.

Non concupisces domum proximi tui.

DECIMVM.

Non desyderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.

Quæ est secunda pars?

Symbolum seu Articuli fidei Christianæ.

Cedo qui sunt?

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terrarum, Et in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis, Ascendit ad cœlos, sedet adexteram

CATECHISMVS.

2

teram Dei patris omnipotentis: Inde
uenturus est iudicare uiuos & mortuos.
Credo in Spiritum sanctum, sanctam
Ecclesiam catholicam, Sanctorum com-
munionem: remissionem peccatorum:
carnis resurrectionem, & uitam æter-
nam, Amen.

Quæ est tertia pars?

Oratio, quam nobis Christus tradidit in Euangelio:

Da orationem Dominicam,

Pater noster, qui es in cœlis, sancti-
ficetur nomen tuum. Veniat re-
gnum tuum. Fiat uoluntas tua, quemad-
modum in cœlo, sic etiam in terra. Pa-
nem nostrum quotidianum da nobis
hodie. Et remitte nobis debita nostra, si-
cut & nos remittimus debitoribus no-
stris. Et ne inducas nos in tentatio-
nem: sed libera nos à malo. Quia
regnum & potentia, & gloria
tua est sæcula sæculorum, Amen.

B. 2

Quæ

CATECHISMVS.

Quæ est quarta pars?

Sacri Baptismatis Sacramentum.

Dic quibus id uerbis institutum?

Sic inquit Christus Matthæi & Marci ultimo.

ITe, docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & filij, & spiritus sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur.

Quæ est quinta pars?

Sacramentum sacratissimi corporis & sanguinis Christi.

Dic uerba quibus id Christus instituit.

Sic testantur Matthæus, Marcus, Lucas & Dominus Paulus.

Dominus noster Iesus Christus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, deditque discipulis suis, & dixit: Accipite & manducate, Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur: Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam coenauit, dicens: Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine.

ne. Hoc facite quotiescunque bibetis in
meam commemorationem.

Hæc sunt quinque præcipua capita Christi-
anæ disciplinæ.

Quo nomine hæc doctrina appellatur?

Veteres Græco uocabulo Catechismum dixerunt,
quæ uox puerilem institutionem significat, ad usum e-
nim puerorum ac simplicium, hæc capita primitus sunt
proposita ac destinata.

Nunquid etiam cognitu necessaria?

Et maxime. Hæc uero: cuius Christianorum debent
esse perspecta & cognita. Ita ut si quis horum cogni-
tionem non habeat, in Christianorum numero meri &
non sit referendus, neque ad Sacramentorum participa-
tionem admittendus.

Quemadmodum opifex quispiam manuarius, qui ar-
tis aut opificij sui rationem & usum non callet, iure o-
mnino reprobandus.

Quapropter pueris articuli, ad Catechismum, seu
puerilem institutionem pertinentes, summo studio tra-
dendi sunt, atque ad uerbum à pueris exigendi & audi-
endi.

Sed non in hoc contenti esse debemus, ut hi tantum
uerbotenus percipiantur, ac recitentur, sed hoc etiam
curæ tibi sit, ut iuuentus sedulo intersit concionibus,

CATECHISMVS.

quo horum interpretationes audiat, & quid singula
bi uelint, nō oſcitamer diſcat intelligere: adeo ut pro-
ptè audita recitare calleant, neq; non interrogati, ſcitè
reſpondere queant, ne citra fructum iſta pro concionibus
doceantur.

His ergo probè perſpectis & cognitis, non in com-
modè atq; intempeſtiuè aliquot etiam Pſalmi & can-
tilenæ in hoc formati & expoſiti proponi poſſunt pro-
ris, tanquam auctarium ſeu honorarium munus quo
conſirmentur, ut hac ratione iuuenus ſcripturæ leg-
genda & exercenda aſueſcat, ac quotidie maioribus
incrementis auſta progrediatur.

Quis autem haſ agitabit quaſtiones?

Vnus quiſq; paterfamilias ſuos aſiduè aſueſcit
liberos, ut quoties mane è ſtratib; ſurrexerint, & ad cu-
piendum cibum accubuerint, & ſub ueſperam cubitum
ierint, haſce parteis ordine ac memoriter recitent, neq;
ad cibum aut potum admittantur, niſi hiſ omnibus
diligenter recitatis.

Non ſecus exigit herile officium, ut cum pater
materfamilias per hebdomadam ad minimum ſemel ha-
bito examine liberorum in interroganda familia per-
eulum faciant, ac audientes exactè perquirant, quid ha-
ſce de rebus intelligant ac didicerint.

Vbi uero nihil tenuerint, ac diſcrece reſuſcuerint
nullo modo ſunt ferendi.

Ad eundem modum agant Ludimagistri & Pedagogi cum suis discipulis, siue masculi, siue puella sine.

Sic quoq; concionatores in templis instent docendo. Neque .n. ullo modo ferendum est, ut hominum aliquis usq; adeo ferus sit & barbarus, qui hæc nolit discere, cum in hisce quinque partibus summatim ac ruditer, & (quoad eius fieri potest) simplicissimè comprehensæ sine omnia, quæcunq; passim in sacris literis longè latèq; tractamus.

Quid si Patres familiâs, Parentes, Ludimoderatores, & Concionatores suum in hac re officium non fecerint?

Id prob dolor nimis uerum. Quidam enim Patres familiâs & parentes, non tam pijs sunt ac honesti, ut suos liberos uel exiguo sumptu eò promoueant, quò liberales artes & bonos mores addiscant, sinuntq; corrumpi eos nimia indulgentia & negligentia, ut alijs pueris merum uenenum ac pestes sint, & tandem totam urbem perdant, sicut accidit Sodomæ & Gomorræ. Quidam adeò illiberali ingenio præditi, et adeò rudes, & inertes, ut quomodo liberaliter educandi sint liberi, prorsus nesciant. Alij sic satis solertes, non tantùm oçij sibi sumunt, alijs occupationibus & curis domesticis districti, ut liberos suos uel paulum erudiant.

CATECHISMVS:

Sic multi sunt ignauissimi Præceptores, Parochi & Ministri, quorum quidam (ut sibi quidem uidentur) nimis alta sapiunt, quidam etiam ipsa socordia uentrisq; cura nihil prius habent. Bone Deus, quàm nexum detestandumq; hoc hominum genus est, uentris gulaq; mancipia, quos rectius porcis aut canibus, quàm fidelium animabus præstiteris.

Quid uero Deus ad hæc dicit?

Hard dubie Deus sui præcepti, Deut. 6. non obliuiscetur, ubi sic ait:

Hæc mandata quæ tibi hodie præcipio, sine tibi cura ac cordi tuisq; liberis summa diligentia trades, cum memores in domo sedens, aut per uiam ambulans, cum cubitum uadis, & cubitu surgis, nunquam non mediteris, & tanquam signum aliquod ob oculos ponas, ac manibus gestes.

Et Psalmo 78. Deus suscitauit testimonium in Iacob, & legem tulit in Israël, quæ præcepit patribus nostris, ut ea suis nota facerent filijs, ut postera cognosceret ætas, & nati natorum, qui nascerentur ab illis, ubi adoleuerint, ut suis quoq; liberis enarrarent, quò suam in Deo ponerent fiduciam, & non obliuioni traderent eius opera, uerùm mandata eius custodirent etc.

Si quis hæc præcepta Dei contempserit, suosq; liberos, & familiam neglexerit, non cessabit Deus maledictis ac plagis, quæ eiusmodi contempторibus ac inmemoribus minatus est, Deut. 29.

CATECHISMVS.

PRIMA PARS CATECHISMI.

Prima pars Christiani dogmatis
quid continet?

Cominet decem præcepta.

Quis ea primus tradidit?

Deus omnipotens.

Vbi locorum? In monte Sinai.

Quo tempore?

Tertio mense post emigrationem Israëlitarum ex
Ægypto.

Quibus signis & quomodo tradidit?

Exod. 20. In geni fragore, fulgure, ac tempestate,
igni emicame ex nubibus, & fumante monte.

In quem finem & usum?

Vt, quid Deus à vobis factum, & omiffum uelit, cer
te sciremus.

Nunquid in æs incisa fuere præcepta?

Non uerum duabus lapideis tabulis digito Dei in
scripta.

Quot præcepta prima continet

Tria.

Quid illa docent?

Quomodo affecti simus, & nos geramus erga Deum
in cogitationibus, uerbis & factis.

Hoc quid sit ediffere.

PRIMUM

Ut fiduciam omnem in Deo habeamus fixam, cuius
diuinum nomen inuocemus, gloria, laude, honore pro-
sequamur, nosq; faciles ac dociles diuino numini pro-
becamus.

Quot in præcepta altera distri-
buita est tabula? In septem.

Quid illa summam docent?
Quomodo geramus erga proximos nostros, uidelicet
et erga parentes, Magistratus, erga proximi corpus et
uitam, uxorem & liberos, res & fortuna, famam et
dignitatem, domum & prædia, familiam ac pecora.

Hoc mihi clarius expone.

Ut parentibus ac Magistratibus nostris obedientiam
præstemus, proximi corpus & uitam, uxorem ac libe-
ros non affligamus. Fortunam & opes, dignitatem & fa-
mam, non surripiamus, sed in omnibus illi præsidio &
usui simus.

DE PRIMO PRÆCEPTO.

Quod est primum præceptum?
Non habebis deos alienos co-
ram me.

Quid hoc est?

Me solum pro Deo tuo habebis, super omnia
timebis, diliges, & plena coles fiducia.

Quid est habere Deum, aut quid est Deus?
Deus

Deus est & uocatur, de cuius bonitate & potentia omnia bona certiò tibi pollicearis, & ad quem quibuslibet aduersis rebus, atq; periculis imminentibus confugas.

Quæ sunt Idola?

Omnia illa in quæ homo summam suam fiduciam ac spem ponit, ut sum pecunia, opes, potentia, gloria, arteis, & similia.

Quid efficit Deum aut Idolum?

Sola Fides & fiducia cordis?

Qua ratione isthuc?

Quia si fides ac fiducia cordis recta ac sincera est, Deum rectum habebis, è regione, si falsa fuerit & mendax fiducia, etiam Deum tuum falsum & uanum esse necesse est. Iam in quacunq; re animi tui fiduciam & cor fixum habueris, ea haud dubiè Deus tuus est.

Quid est Idololatria?

Est quoties Deo suus honor diuinitatis detrahitur, & alijs creaturæ adtribuitur.

Quid est honor Dei?

Soli illi fidere & acquiescere, eum solum adorare ac colere, eiuq; opem implorare & expectare.

Quicumq; mortalium id non facit, Deum abnegat, & sibi alium Deum fingit.

Quotuplex est Idololatria?

DE PRIMO

Duplex: Externa & interna.

Quæ est externa idololatria?

Quando lignæ, lapideæ, aureæ, aut argenteæ imagines, uolucres, aut animalia, Sol, Luna, Stella, Ignis, Aqua, Angelus, aut homo adorantur, fiduciaq; cordis pro salute inuocantur.

Hæc idololatria principium, fons & origo est, omnis incredulitatis & superstitionis. Sapien. 14.

Vbinam hæc Idololatria prohibita est?

Libro secundo Moseos cap. 20. Deut. 4. Sap. 13. Isai 44. & Baruch ultimo.

Quando hæc externa Idololatria primum cœpit?

Sub Rege Assyriorum Nino, qui patris sui Belistæ tuam in medio Babylonis collocauit, libertateq; donauit, ut quicumq; flagitium designasset, ad illam statuum confugiens impune ferret, quo factum ut imago illa magno honore haberetur. Quod cum Sathan animaduertisset, se quoq; insinuauit, et ex ea oracula reddebat, inde adeo Bel, Baal, Beelzebub &c. originem ducunt.

Huiusmodi Idololatria postea late grassata est inter gentes, deniq; etiam inter Christianos.

Quæ est intrinseca Idololatria?

Quando homo in intimo cordis penetralibus creaturas adorat, ac ueneratur, suamq; in eis spem ac fiduciam

imponit, si maximè cernuus non adoret, nec aduoluetur
genuibus coram illis.

Vt si quis animo & fide innitatur confidatq; rebus
presensibus fortunis, opibus, gloriæ, potentie, uolupta-
tibus, uestibus & artibus &c. ac interim Dei sui crea-
toris & proximi obliuiscatur. Quis quid deniq; homo
plus curat amatq; quàm Deum, Idolum est illi.

Quos diuos gentes habuerunt?

Varios sanè Deos coluerunt, cælestes, ut Solem,
Lunam, Astra, Planetas. In terris Volucres, Animalia,
Homines, Deos aquarum, fontium, fluuuorum, Naiades,
agrorum, montium, Syluarum, Herbarum, frugum,
& dium, cibi ac potus.

Quem Deum Papistæ habent?

Quorum inquit Paulus Philip. 3. Deus uenter est.
Nam qui eiusmodi sunt, Domino Iesu Christo non ser-
uiunt, sed suo uentri, Rom. 16.

Quem Deum sub Papatu potissi-
mum coluere mortales?

Complures habuerunt Deos ac Patronos, Oculis S.
Otilia, Dentibus Appolonia, diuinijs Anna & Eras-
mus, igni Laurentius & Florianus, Pestilentie Sebæ-
stianus & Rochus, gregibus et armentis Vucdelinus,
Vino Vrbanus, Cereuisiæ Ludonicus, Temp. stat. Scho-
lastica, præesse credebatur.

Quæ

DE PRIMO

Quem Deum Auari sibi delegerunt?

Habent illi Deum qui Mammona dicitur, hoc est, pecuniam & opes quibus totius cordis adherent fiducia in quas omnem spei sui summam collocarunt.

Quem Deum habent Incantatores, uenefici & qui magicas artes exercent?

Ipsam Diabolum quo cum foedus ineunt, ut eos amplius ditet, aut uoluntates reddat, aut pecus à contagione seruet incolume, aut rem amissam restituat.

Quis est uerus Dei cultus qui & Deo gratus & acceptus est?

Nimirum cum cor hominis nullam aliam consolationem, nullam aliam fiduciam habet, quam ipsum solum uiuentem Deum, neque ullo pacto ab eo se diuelli patitur, sed potius de omnibus quae sub sole sunt, semel in periculum ueniat, adeoque ipsius uitae potius iacturam faciat, quam ut hunc Deum deserat.

Qua religione gentes Deum colunt?

Mendacii cultu & uanissima Idololatria se angunt. Nam id quod sibi quisque maxime expetit, id facit Deum, uel Idolum potius.

Da exempla?

Sunt quorum prora ac puppis (ut uulgaro proverbio fertur) in opulentia, dominatu, imperijs sita sunt, qui pro summo Deo adoptarunt Iouem

Porro alij quorum $\sigma\upsilon\acute{o}\pi\tau\omicron\varsigma$ erant diuitiae, tum pro
 spererum successus, aut qui sectabantur uoluptates
 & delicias, Herculem, Mercurium, Venerem, aliosq;
 religiose uenerabantur, & sic deinceps.

Quo Dei cultu Papistæ gaudent?

Profecto falsissimo & prorsus erroneo cultu, quæ
 summam in se complectitur idololatriam, religione
 conscientiam obstringens, quæ auxilium, consolatio-
 nem & salutem querit ex operibus tantum sibi sumens,
 ut peruerse conatur & temerè, uelit nolit Deus, in cœ-
 lum pertrumpere. Hoc quid aliud est, quàm ex Deo si-
 culneum simulachrum, aut pomarium (quod aiunt) Her-
 culem facere, ac se ipsum pro Deo æstinare, inq; eius
 locum sufficere.

Quis est igitur sensus huius præcepti,
 Non habebis Deos &c?

Ut soli Deo fidamus, ab eodem optima quæq; nobis
 polliceamur & expectemus, tanquam ab eo, qui nobis
 det corpus, donet uitam, largiatur uictus alimoniam,
 offundat annonam, tribuat membrorum ualitudinem,
 pareat defensionem, conciliet pacem, ac rerum tempora-
 riarum sempiternarum quæ necessaria suppeditet.

Adhuc, qui nos ab omnibus tueatur periculis, & in-
 fortunjs, & si quid aduersi nobis euenerit, à malis nos
 clementer seruet, & potenter eripiat, ideo præter
 ipsum

DE PRIMO

ipsum nihil nobis dulce, iucundū, gratū aut optatū sit.
Quid minatur Deus huius præcepti
transgressoribus?

Sic inquit Exo 20. Ego sum dominus Deus tuus, fortis
Zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios in ter-
tiam & quartam generationem eorum qui me oderunt,
& faciens misericordiam in millia, his qui diligunt me
& custodiunt præcepta mea.

Quid hæc uerba innuunt?

Significant eiusmodi Deum esse, qui, si corde ab eo
discessum fuerit, inultum non passurus est, neq; modum
aut finem statuet irascendi, usq; in quartam generatio-
nem grassaturus, donec omnes funditus extirpati fuerint.

Nunqua exempla eius uindictæ
habemus?

Sanè quidem, Sic non peperit suo populo, sed una
die tria millia Iudæorum, qui aureum adorauerant uir-
tulum, in deserto interfecit, Exod. 21.

Ac iam inde ab initio quidem omnem idololatiam
crudeliter extirpauit, huiusq; gratia cum gentes, tum
Iudæos, sicut adhuc hodie etiam, omnem falsum Deum
etiam inclementer perdidit, ut planè omnibus in ea peccata
manentibus succumbendum sit, & intereundum.

Quid promittit Deus hoc præce-
ptum seruantibus?

Sic

Sic inquit: Facio misericordiam in millia, his qui diligunt me, & custodiunt mea praecepta.

Quid hæc sibi uolunt?

Est ingens consolatio promissionis, quod uidelicet, qui à solo Deo omni fiducia pendent, certi esse debent, ostensurum Deum ipsis misericordiam, hoc est, omnis generis beneficia & officia exhibiturum, non ipsis tantum, sed posteris etiam illorum, in mille & supra mille generationes.

Sunt ne exempla ad manum?

Sunt quidem in promptu. Saul fuit rex amplissimus, diuinitus in regni administrationem surrogatus, uita non improba. Sed iam consecutus imperium, cū à Deo suo declinasset animo, omnemq; suam fiduciam in potentia ac sceptro suo collocatam haberet, succumbendū ac perendum illi erat funditus, unā cum rebus omnibus quas possederat, adeo ut neq; liberorum suorum ulli superstes permaneret.

Ediuerso David infimæ fortunæ homo erat, abiectus & pastor, fugatus & passim actus in seclationibus, ut ubiq; ferè de uita ueniret in periculum, attamen à Saulis impetu, & insidijs tuto custodiebatur, inq; eius locū Rex creabatur, cui liberi succedebant, & longo tempore post supererant, donec etiam Christus ex stirpe illius nasceretur.

DE PRIMO

Quō nos in hoc p̄cepto geramus?
Recta nobis & simplicia uia incedendum, ut rebus
omnibus, quas Deus largitur, non aliter utamur, ut rebus
sutor qui spiam acu, subula, filoq; sutorio, ad conficien-
dum opus suum, quo confecto illa deponit: Aut quemus
modum hospites diuersorio utantur, ut de concessis co-
pibus uictum & amictum habeamus, prout diurni ui-
na uocatione & ordine constitutus est, in quo diu-
rei nostrum Dominum aut Idololum esse permittamus.
Tum diuina hęc promissio sua sponte sequetur, nimirum
gratia & pax in hoc seculo, in futuro uero uita
eterna, Amen.

DA SECVNDVM PRAE- CEPTVM.

Non assumes nomen Domini Dei tui
in uanum.

Hoc quid est?

Deum timere & diligere debemus, ne per nomen tu-
ius iuremus, maledicamus, incanemus, mentiamur aut
dolo malo agamus, sed in omni necessitate illud inuoca-
mus, adoremus, & cum gratiarum actione laudemus.

Quid significat nomen Dei?

Multa habet nomina, dicitur Dominus, Creator, Sal-
uator, Pater, Emanuel, Omnipotens, Iustus, Misericors &c.

Quid

Quid significat nomen Dei in uanum
sumere, aut perniciose usurpare?

Hoc est diuino abuti nomine, quando Dei nomen
quacumq; ratione ad confirmanda, mendacia, aut alia
id genus uitia tuenda usurpamus.

Quid ergo hic praecipitur?

Vt ne Dei nomen falso citemus, aut in os sumamus,
quando cor longe aliter sibi consciū est, aut rem aliter
habere non ignorat, aut omnino aliter scire debebat.

Quando nomen Dei abusu expo-
nitur?

Quoties per illud iuramus, maledicimus, menti-
mur, aut fallimus.

Quando recte utimur?

Cum Dei uerbum sincere praedicatur, & auditore
res id rite percipium, utamq; ex eo instituunt.

Quot modis hoc praecipitum
transgredimur?

Duobus maxime: Primum in externa consuetudine
uite, quoties temere pro solita malitia irascimur, aut
alio quouis pacto iuramus, ac maledicimus &c. addu-
cto diuini nominis testimonio.

Vt deieratur per Deum uiuum, Per crucem, & pas-
sionem Dei, per coelum, & per terram, cum iuramus in
conscientiam, fidem & sanguinem nostrum.

DE SECUNDO

Et cum nos diris deuouemus, aut malè precamur nobis aut alijs, ut: ut me Deus amet, dispeream si fefellerit. Testis est mihi Deus, quod nō mentior. Vt te Deus perdat, eradicet. Male uertat quod agis. Eiusmodi deuotiones ac imprecationes nimis uulgo sunt usitatissimæ.

Secundo internè, cum sub prætextu et titulo diuini nominis falsa doctrina spargitur, quæ præ se fert diuini uerbum, quo prætextu decipitur totus mundus. Sic apud Iudæos Baalithæ, nostro sæculo Heretici, Papistæ, Fanatici, inter Christianos factitarunt.

Vbinam igitur nomen Dei inaniter usurpatur?

Primum in negocijs & causis secularibus, illis nominibus, quæ ad rem pecuniariam, opes aut honores pertinet, siue illud propalam fiat in contentione, si uerens, aut alibi, ubi iuratur diuini nominis adducto testimonio, siue ipsa anima periurio oppignoratur.

Secundo omnium maximè hic diuini abusus nominis uiget in rebus spiritualibus, quæ pertingunt conscientiam, falsis doctoribus emergentibus, suæq; mendacii diuini uerbi loco uenditantibus, & defendentibus.

Adeone graue peccatum est sub nomine diuino mentiri?

Sanè quidem. Nam cum mentiri & fallere per se peccatis grande sit flagitium, multo tamè grauius redduntur maiori

miori cumulatam facinore, conantes illud defendere ac iustificare periurio, ac turpiter mentiendo diuino nomine abutentes, pro praetextu turpitudinis. Qua ratio ne sit ut ex uno mendacio, periurij accessione cumulatam, multiplicia pullulene mendacia.

Quo loco habendi sunt blasphematores, qui nulla religione prohibiti, Nomen Dei ore prorsus illoto, blasphemio, & procaci subinde conspurcant & contaminant.

Horum blasphemia impietas non in nostra, sed in caeteris Schola emendanda est, & tandem Tyrannidi Sabanae poenas exoluent.

Quid minatur Deus huius praecipiti transgressoribus?

Sic ait, Exod. 20. Non habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui in uanum.

Quid hoc sibi uult?

Nemo impune laturus est, sed poenas graues dabit blasphemiae. Etenim quo minus multum patietur, si quis cordis fiducia ab eo discesserit, hoc minus impunitum suet, eius nomen pro tuendis mendacijs prae ac falso usurpari.

Sed o Deum immortalem, quae tam execranda consuetudo diuinum no-

DE SECVNDO

men blasphemandi omnium hominum
animos corripuit?

Profertò dolendum, sed hæc scilicet præclara vir-
tus omnibus nobis natura insita est, ut is, qui aliquod
ædmissit flagitium, suam turpitudinem summa ope ca-
lare studeat, ne quis aut uideat, aut intelligat. vsq; te-
deò enim dissolutum, aut sui negligentem, & deplora-
te malitiæ inuenias neminem, qui perpetrati flagitij se
se autorem iactet coram omnibus.

Verùm nemo non studet peccare clanculum, & sub-
dole, priusquam palam fiat, aut resciscant homines.
Tum si quis eam ob rem inuaditur, aut insimulatur alii
cuius facinoris, protinus nomen Dei patet iniurijs, & ob-
obnoxium contumelijs. Hoc enim quisq; suæ culpa
prætexit cogiturq; nomen illud omnibus modis uere-
randum, è uitijs uirtutes, ex ignomina gloriam, è dede-
core honores facere. Et hic est iam totius Mundi com-
munis quidam cursus.

Quæ igitur digna tantis meritis
capimus præmia?

Ea quæ nostra blasphemia peruicacissimè querimus
plena manu offunduntur, nempe pestilentia, bellici mor-
tus, annonæ caritas, incendia, aquarum inundationes,
degeneres uxores & liberi, perfida familia, & id gra-
nus maiorum examina innumerabilia. Vnde enim tantum

tum calamitatum alioqui nobis eueniet? Adhuc bene magis gratia est, quod terra nobis non dehiscat.

Quo pacto igitur huic malo mendendum?

Magistratus, Parentes, & praeceptores summo studio liberos & familiam assuefacerent, ut hoc, & alia praecepta reuerenter haberent magnique facerent, proque transgressione protinus castigarent, posito ante oculos hoc mandato, & subinde inculcato, ut ita non tantum educarentur disciplina, & uerberibus, sed Dei quoque metu & reuerentia cohercerentur.

Quomodo nomen Dei recte usurpatur?

Cum eo ad confirmandam ueritatem, ac reliquas actiones honesta utimur, nempe, quando recte iuramus, dum aut necessitas postulat, aut a nobis iusiurandum rogatur: ita quoque quando recte & sincere docetur uerum in Euangelij. Praeterea quando in necessitatibus nomen Dei imploramus, aut idem rebus in secundis laudamus, aut gratias agimus &c. Quae omnia summum comprehendens ac praecepta inueniuntur in sententia illa psalm. 50. Inuoca me in die tribulationis, eripiam te, & glorificabis me.

Atqui Christus in Euangelio nobis, ne iuremus, interdixit?

DE SECVNDO

Hec est sententia: nullo modo nobis ad mala, hoc est, mendacia iurandum, & ubi neq; utile, neq; necesse est. Verū ad bonū & proximi utilitatē, licet nobis iurare.

Quibus id probas argumentis?

Quia opus est ualde bonum, quo Deus laudatur, ue-ritas & iusticia confirmatur, mendacium refellitur, ho-mines dissidentes in concordiam rediguntur, obediē-tia exhibetur, & lites componuntur. Nam Deus ipse hic interuenit, segregans iusticiam ab iniusticia, ac bo-s nos malosq; distungans.

Quid si altera pars peierat?

Hic iam iudicij sententia pronounciata est, quod pe-nam & supplicium periurij non sit effugitura. Et si fi-ret, ut ad tempus supplicij irrogatio protraheretur, ni-hil tamen illis cadet ex sententia, ita ut quicquid periu-riō lucri fecerint, sub manibus paulatim euanescat, nec unquam ea re ex animo leti fruantur.

Habemus ne eius rei exempla?

Habemus sanē: Nō enim obscuris argumentis in bono multis experti sumus, & quotidie experimur in ijs qui postquam connubij fidem promissam abiurarunt, quod nunquam uel horulam unicam leti fuerint, aut saltem dieculam incolami ualetudine fuisse, atq; ita pariter & corpore & animo, bonis etiam amissis, calamitose pericrunt: perinde se habet in alijs.

Hoc

Hoc malum igitur quo pacto de-
uitandum.

Adhortandi sunt parentes & patres familiās, ut ma-
ture properent sibi commissos monitis deterrere, et uer-
beribus compefcere, ne assuescant mendacijs: potissimū
uero ne ad hæc cōfirmanda Dei nomen citent & addu-
cant. Vbi enim ea mundi licentia impunè permittitur,
nulla spes amplius superest, ullius bonæ frugis ab illis
expectandæ. Quemadmodum hodie uidemus, ut mun-
dus nunquā deterior, et perditis moribus, corruptior,
atq; nunc est, fuisse uideatur, quando ne facies quidē,
ullius reipublicæ bene institutæ, nullum obedientiæ &
fidei amplius superest uestigiū. Verum omnia deplora-
ri possunt, refecta sunt, in quibus docendis & obiurgan-
dis & oleum (quod aiunt) perijt & opera. Quæ omnia
diuinæ excandescentiæ & supplicij argumenta sunt
certissima, quo nos obruit propter petulantiam & te-
merariam huius præcepti transgressionem.

Secundo rursus etiam eò alliciendi & assuefaciendi
sunt pueri, ut Dei nomen reuerenter colant, & semper
in ore habeant, in omnibus, quæ usquam illis aut occur-
runt aut accidunt. Hic enim rectus diuini nominis cul-
tus est, ut de eo omnem nobis omnium malorum leuatio-
nem, & consolationem polliceamur. eamq; ob rem Deū
C 5 imple

DE TERTIO

Imploremus, illiq; corpus, animã, fortunã, sanã, uxores, & liberos, quicquid deniq; nobis est, cõmendemus.

Quid, an est hæc laudanda consuetudo, sæpius inuocandino-
men Dei?

Non modò laudabilis, uehementer salutaris, & uili-
lis est consuetudo, uerumetiam efficax presidium, in
primis aduersus diaboli insidias, quæ semper nobis mo-
ditur improbus, omnes adoriendi & inuadendi qua-
rens & captans occasiones, quibus nos in peccatum &
dedecus, in calamitates & ærumnas precipitet, teste
D. Petro.

Et profecto multiplicibus, & horrendis casibus atq;
que periculis sæpenumero ex improviso obrucemur,
nisi Deus per nominis sui inuocationem, nobis in tem-
pore ferret suppetias. Non rarò improvisum & terri-
bilem aliquem casum aut cladem, in ipsa nominis Dei
inuocatione in melius fuisse commutatam, ac nihil da-
mni dedisse certum est.

Licet ne nominis Dei inuocatione
nos Deo commendare, & dedere?

Quid ni liceat, Imò Christiani suos assuesciant
pueros, ut sacrosanctum nomen Dei semper in ore ha-
beant, præterea audita aut uisa re aliqua terrificã, &
horribili, cruce & precatiuncula se muniant, dicent
161

tes: Custodiat nos Deus pater, auxiliare Domine Iesu
Christe: aut tale quippiam. Rursus quando aliquid bo-
ni praefer spem illis euenit, quantulumcunq; tandē sit,
ut dicant: Deo sit laus & gratiarum actio, cuius mun-
scentia hoc mihi obtigit &c. Soli Deo sit gloria in o-
mnino auum. Sic in usu manserunt consecratio mensae,
& gratiarum actio, alięq; nocturnae & matutinae be-
nedictiones similesq; p̄ hymni, quibus Deus laudatur
& inuocatur.

Quae deniq; huius praeccepti est summa?

Vi nomen Dei apud nos quā sanctissimum habenda-
tur, iuxta doctrinā dominicae oratiōis, ut et doctrina
et uita nostra religioni respondeam, ac sic nos ubiq; cō-
paremus ac geramus, ut germanos Dei filios deceat, ne
Deo patri nostro dedecori, sed laudi, honori & decori
simus.

Equando Deus supplicium sumpsit
de transgressoribus huius mandati?

Sane quidem, Leui. 24. exemplum extat. Vbi filius
mulieris Israëlitis litigauit cum uiro Israëlita, &
blasphemaui nomen Domini, ac maledixit. Et loquens
tunc Dominus ad Moſen, dicens: Educ maledicum ex
tra castra, & imponant omnes qui audierunt, manus suas
capiti eius, lapidatq; eum uniuersus coetus, quod
sic factum est &c.

DE TERTIO

DE TERTIO PRAECEPTO.

Da tertium praecceptum?

Memento ut diem Sabbathi

sanctifices.

Sabbathi nomen unde deductum?

Sabbathum ab Hebraica dictione Sabbath nominatum est, quod proprie feriari, hoc est, à labore otiosum esse significat.

Quis Sabbathum instituit, ac praecipit?

Deus ipse omnipotens author est.

Quo loco institutum?

Gen. 2. Deus quieuit die septimo ab omni opere suo quod fecerat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit eum.

Vbi praecipit?

Exod. 20. inquit Deus: Recordare diei Sabbathi, ut sanctifices illum. Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum. Septimo autem die est Sabbathum Domini Dei tui: non facies ullum opus tuum, & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, atque porcellus tuus, qui est in portis tuis. Quoniam sex diebus fecit Dominus caelum & terram, mare, & omnia quae in eis sunt, & quieuit die septimo, & idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificauit eum.

Quis

Quibus Deus Sabbathum ferian-
dum praecepit?

Solis Iudaeis, ut ab externis & manuarijs, seu serui-
libus operibus abstinerent, & quiescerent.

Quamobrem id?

Quo & homines, & pecora alterna quadam requie
vires repararent, ne assiduo labore debilitati absumerentur.

Nullum ne igitur externum opus
diebus festis faciendum.

Iudaeis sanè praeceptum fuerat, ut diem festum suum
Sabbathum bonis operibus sanctificarent, diuinam legem
audirent & traderent, eamque ob causam pauperculus
uir ligna colligens die Sabbathi, ex Dei mandato lapidi-
bus est obrutus. Nume. 15.

Adeon' abominabile est paululum
lignorum die Sabbathi colligere?

Non sanè lignorum collectio per se, sed inobediencia
est execranda. Deus enim prorsus sua praecepta nullis
facta testat.

Num ad Christianos quoque spectat
hoc praeceptum?

Quantum quidem ad externum & crassum illum
sensum attinet, nihil ad nos pertinet.

Quid ita?

Quia

DE TERTIO

Quia Sabbathum externa quaedam res est, sicut omnes aliae ueteris Testamenti constitutiones, certis quibusdam ritibus, personis, temporibus, & locis destinatae, quae omnes nunc per Christum liberae relictae sunt.

Quare ergo Christiani suas habent & agunt ferias?

Non ex mandato, uerum omnium primum corporalis cuiusdam necessitatis gratia, quam & natura docet & exigit. iuxta illud: quod caret alterna requie.

Quot sunt causae?

Duae potissimum.

Quae est prima?

Nimirum communis multitudinis gratia, propter pueros, familiam, seruos & ancillas, qui per totam hebdomadam laboribus seruiunt, ut & ipsi diem haberent, quo ab operibus respirantes, semet ex labore reficerent, & corpora fessa quiete firmare possent. Nam cum Deus Mundum prouidentia & ordine regat, non nulli suae creaturas cum homines tum reliqua animalia grauari, assiduoq; labore corrumpi, uerum in septimana unum diem quiescere.

Quae est altera causa?

Vt die Sabbathi ocium & tempus sumatur seruiendi diuino cultui, ita ut conueniamus ad audiendum & tractandum Dei uerbum, Deum precibus pro salute Ecclesiae

*Ecclesia fatigemur, ac deinceps hymnis. Psalmis & can-
ticis, laudemus.*

**An id necesse est a deo, Sabbathis
aut statis ferijs ut fiat?**

*Minimè gentium: Sed Christi genum ferie non per-
inde certis temporibus, ut apud Iudeos, alligatae sunt,
ut diuino cultui hic aut ille dies dictus, aut praestitus
sit. Nullus enim dies alio est melior aut praestansior.
Summa, apud Christianos quotidianae sunt ferie, Deo
dicata, nec sunt superstitiosae dierum obseruationes
singendae, ut Paulus Col. 2. testatur.*

Quando uerò potissimū fieri oportet?
*Quotidie sanè fieri debebat, sed quando multitudo
negocijs praepedita perpetuò interesse nequit, ad minis-
imum unus aliquis dies per hebdomadam huic rei ser-
uanda eligendus est.*

Quem igitur diem probas?

*Cum à maioribus nostris ad hoc dies Dominica or-
dinata sit, non est immutanda temerè hæc innocua uete-
rum consuetudo usu iam recepta, ut unanimes & con-
sentiens ordo consistat, ne quis sua non necessaria in-
nouatione conturbet omnia.*

**Sunt ne ergo Christiani ad alias,
ferias obligati?**

*Non sanè diuino mandato. Sed licet ex charitate
diebus*

DE TERTIO

diebus Apostolis dicatis, Diuo Ioanni Baptiste, Luce
rētio, Michaëli, Martino, Nicolao, alijsq; diebus ferias
agere, & conuenire ad audiendum uerbum.

Quid habes autem de sanctorum &
patronorum diebus dicere?

Quia dies isti in prophanum abusum & contumeli-
am Dei cōuersi, præstiterit obliuioni eos tradero quam
celebrare.

Quare isthuc dicis?

Quia iam cōmemoratis diebus nihil aliud in Eccle-
sia actum, nisi quòd aniles fabulæ misero populo, pro
concione decantatæ, Sancti pro idolis culti, Romana
indulgentiæ & nugæ distributæ. Interim de Euange-
lio salutis (quod maximè necessarium) Deiq; uerbo
mediatore nostro Iesu Christo altissimū fuit silentium.
Deinde totus dies commessando, potando, & alijs lau-
diololatricas ferias honestius transfegerint.

Atqui olim totos dies cantando,
pulsando, signis ac uexillis gestan-
dis, aspergendo aquam & odores,
uigilijs, Anniuersarijs, & Indulgen-
tijs, religiosus uidebatur præstari
cultus?

Quicquid non in mandatis Dei habemus, nõ est ab

ut aut sacrificium, neq; Deo adeo placet, iuxta Matth.
 15. Frustra me colunt, docentes doctrinas, & praece-
 pta hominum. S. Iacobus ueram describit religionem.
 Iacob. 1. Religio pura & immaculata apud Deum &
 Patrem, haec est: inuisere orphanas, & uiduas in affli-
 ctione sua, & immaculatum seipsum seruare à Mundo.

Dictandum quid est: Sabbathum
 sanctifices?

Sabbathum sanctificare idem est quod Sabbathum san-
 ctum habere.

Quid ergo est Sabbathum sanctum
 habere?

Nihil aliud, quam sanctis uerbis, operibus, mori-
 bus & uita uacare. Siquidem hic dies pro se non opus
 habet sanctificatione, iam enim inde ab initio creatio-
 nis à suo conditore sanctificatus est, Deus autem hoc à
 te contendit, ut tibi sit sanctus.

Quomodo Sabbathum sancti-
 ficatur?

Cum sacris rebus uacamus & intenti sumus, easq;
 religiose peragimus.

Quomodo prophanatur?

Cum prophanis die Sabbathi rebus addicti sumus.

In quo ergo Sabbathi sanctificatio
 fita est?

DE TERTIO

Sanè profectò non in hoc, ut post fornacem compres-
sis (quòd atum) manibus sed eas, aut nullum externum
opus opereris, aut corona florea caput cingas,
aut uestitu splendidiore te exornes, sed ut dictum est,
ut uerbum Dei trahes, inq; eodem emendata in melior
uita temet exerceas.

Quo pacto hoc fiat?

Si tantum in Euangelio, & Verbo Dei tractando,
& meditandouersemur, neq; aliud quàm decem præ-
cepta, Symbolum fidei, & orationem Dominicam ex-
ponendam, & discendam proponamus, atq; ita totam
hanc uitam nostram, ad diuinorum uerborum amussim,
& regulam instituiamus. Quocunq; ergo tempore ista
còmuni unanimi consensu tractãtur & exercentur, ibi
profectò rectum celebratur Sabbathũ. Sin secus agitur,
profectò Christianorum Sabbathum dicendum non est.

Atqui ferias & ocium agunt turba
mollis religiosulorum nostrorum,
gentes & Turcæ?

Sanè uerò: Agunt ferias & ociantur & quotidie in
templis stantes cantillant, tinnium, boant, & uocifer-
rantur, Sed nullum sanctificam hac Stentorea uocifera-
tione, & lupino ululatu suo Sabbathum. Neq; enim ul-
lum Dei uerbum docent, aut exercent, sed plane diuer-
sum.

sum, & contrarium, & doctrina, & moribus exprima-
mura, uere sacra prophanantes.

Quæ sunt ueræ res sacræ & diuinæ?

Solum Dei uerbum: Nam tametsi omnes omnium san-
ctorum reliquias & ossa in aceruum cumolata posside-
remus, nihil tamen inde emolumenti caperemus aut sen-
tiremus auxilij. Sunt enim res mortuæ, neminem san-
ctificare ualentes. Verum enim uero Dei uerbum, the-
saurus ille & gaza est preciosissima, quæ omnia sancti-
ficat & grata Deo reddit.

Quæ uita & opera maximè Deo
placent?

Quæ dactu & auspicio uerbi Dei instituitur & gu-
bernat.

Quæ uita & opera displicent Deo?

Quæcunq; res aut opera extra uerbum Dei frun-
tur, hæc coram Deo prophana & immunda sunt.

Quam obrem isthuc dicitis?

Quia Christus in mandatis dedit suæ Ecclesie ne al-
liud præter Dei uerbum sonaret, aut prædicaret, Mar-
15. Nihil aliud præter Dei uerbum audiret, Luc. 4.
Consequitur inde: Qui nõ Dei uerbũ prædicant, neq;
audium illud, eos nõ esse Christi discipulos. Qui pos-
sunt enim Christianos se profiteri, et ostentare, dum do-
ctrinam Christi, neq; audire, neq; emulari student.

DE TERTIO

Itane necessarium Christum audire?
Sanè uerò, & quidem solum Christum, nec ab eo aliu-
num aut alium.

Quid ita? quam ob causam?
Quia pater è cælo intonuit: Hic est filius meus dile-
ctus, in quo mihi bene complacitum est, ipsum audite.
Matth. 17.

Quid de prophetis, Apostolis &
Euangelistis habes dicere, sunt ne
illi quoq; audiendi?

Sunt certè: Scribunt enim ac distant ex infinita san-
cti Spiritus, & Mandato Domini nostri Iesu Christi.

Quid autem de patribus & doctori-
bus sentis?

Quando Dei uerbum & sacras scripturas tractant,
sunt audiendi perinde ut Christus ipse. Vbi uerò sua
somnia, & cogitata in medium afferunt, quibus con-
scientias hominum perturbant, uanaq; religione obstru-
unt, non sunt audiendi, sed fugiendi, ueluti Saibani,
ut testantur quoq; ueteres Canones.

Quibus igitur in rebus huius præ-
cepti uis ac uirtus sita est?

Non sanè in ociando, sed sanctificãdo, ita ut hic dicit
præcipuum aliquod sanctarũ rerũ exercitiũ habeat.

Quando externæ & corporeæ aguntur
tur ferie?

Cum ab externis operibus & rebus gerendis, manum abstinemus, ab illisq; quietem agimus.

Num igitur externus labor omnino Christianis prohibitus?

Non sane: Necessarius enim labor licitus est.

Quippe etiam festis quaedam exercere diebus,

et iura sunt, riuos deducere nulla,

Religio uetuit, segeti prætendere sepem,

Insidias auibus moliri, incendere uespres,

Salantumq; gregem fluuio mersare salubri. i. Geor.

Sic pinjere panem, cereuisiam coquere, Remp. adiuuare pontibus, uijs & plateis restaurandis & emendandis.

fossas expurgando, ignem restinguere, hostium impetum prohibere, uisitare, & medicari egrotos, & debitum & licitum est.

Quæ sunt spirituales interiores feriae?

Ab animo ociosi ut simus, nosq; diuinae uoluntati

totos accommodemus, & acquiescamus, ut ea fingamur, ac gubernemur deferentes soli Deo nostram obedientiam, & obsequium. Veterem Adamum unà cum

iniquis cupiditatibus subiugum mittamus. Quicquid de Deo

gratias agentes tempore infelicitatis nostrae, tamquam in rebus secundis.

DE TERTIO
Quinam homines hoc præceptum
præuaricantur?

Plurimi sanè, ac genere diuersi, quorum è numero primi sunt, qui crassis & prophanis operibus abutuntur Sabbatho, idemq; irreligiose prophanam ut illi qui dediti auariciæ, aut praua incensi libidine, Verbum Dei non curant nec audiunt, & in tabernis uinarijs poculis ac gulæ indulgentes, ferinam atq; suillam uitam exigunt.

Alij sunt qui uerbum quidem Dei audiunt tanquam fabulam quandam, & commentũ anile, ac solummodo pro more ac usitata quadã consuetudine auditum accedunt, intrantes atq; exeuntes, iamq; anno elapso ne pialo quidem doctiores, aut meliores facti sunt. Sed sciendum non tantum referre ut audiamus, uerum multo magis etiam ut auditum Dei uerbum perdiscamus, ac custodiamus, iuxta illud Lucæ 11. Beati qui audiunt sermone[m] Dei, & custodiunt illum.

Tertium genus delicatorum, ac fastidiosorum est Spirituum, qui simulatq; unam & alteram concionem audierint, protinus saturi sum, correptiq; nausea, uerbum fastidiunt, utpote qui ipsi illud probe calleant, ne egeant doctore aut Magistro amplius, quod uitium cœcus dicitur appellatur, profectò odiosa & damnesa peccata. qua Diabolus hoc tempore multorum perstringit pectora, ut nos helut ostiãntes opprimat, ac uerbum Dei

Dei iterum nobis clanculum subtrahat.

Quo pacto isthuc?

Quia nisi uerbum Dei in promptu habeas & quod
dicit solet, in numerato, hoc est, in corde, in ore, in au-
ditu, quas assiduo personet, impressionem facit Sa-
tan, ac citius quam persentiri potest, aut iri obui-
um, da-
num dabit.

E regione, ea uirtus ac uis uerbi est, ut i-
bi seria qua-
dam animi agitatione reuocatur in memoriam, aut an-
ditur, aut tractatur, nunquam serè si-
ne fructu euane-
scat, sed subinde noua quadam intell-
igentia, uolupta-
te ac deuotione auditorem afficit, retinet, ac excitat,
peritusq; & cogitationes purificat. Neq; enim uerba
sunt putrida, aut emortua, siccata, & uigore carentia,
sed plane uiua & efficacia, quibus Demon sugatur &
abigitur, & Sanctus Spiritus concipitur.

DE Q V A R T O P R A E-
C E P T O .

Da quartum præceptum?

Honora patrem tuum, & matrem
tuam, ut sis longæuus super ter-
ram.

Quid hoc est?

Debemus Deum timere & diligere, ne parentes,
præceptores, Magistratumq; contemnamus, neq; ad-

DE QVARTO

iram prouocemus, sed eos honore afficiamus, illis seruiamus, morem geramus, amore prosequamur, & magnificiamus.

Quid significat Patrem & Matrem honorare?

Ne uolumus solum exigat Deus, ut amauer, et cum honore parentes compellemus, sed omnium maxime, ut et corpore et animo ita nos exhibeamus, ut in existimatione magna apud eos sint, et post Deum pro summis ac maximis inter homines intueamur.

Quare non dicit, Patrem ac matrem diliges?

Hunc Parentum statum et ordinem Deus praecepit hoc ornauit elogiis, ante omnes alios, qui sub se sunt status et ordines, ut non simpliciter praecipiat amandos, sed honorandos parentes.

Quid causae est cur id faciat?

Vt Parentis ab omnibus alijs in terris agentibus segreget, iuxta se collocet, suumque illis honorem impartiat.

Quid, an plus est dignari honorem quam amorem?

Est sane: Nam honor res est multis modis amore sublimior, utpote quae non tantum amorem in se complectatur, uerum etiam singularem quandam modestiam,

am, humilitatem, & reuerentiam, ueluti erga Maieftatem ibi occultatam.

Quibus igitur modis sunt honorandi?

Tribus sanè modis : Primò, ut ex animo & pietate eos semper maximi faciamus, præq; alijs omnibus rebus reuerenter habeamus, honorificèq; tractemus, ueluti preciosissimum in terris thesaurum.

Deinde, ut parem quoq; in uerbis humanitatem, & modestiam à nobis sentiant, ne acerbè inuadantur, neue cum ijsdem pueri agant elatè & ferociter, sed illis de suo iure nonnihil concedant, & taceant, etiamsi nonnunquam modum excesserint.

Tertio, ut idem quoq; nihilo segnius opere comprobent, hoc est, amore & officijs talem honorem habeant, ut hos subleuent obsequio, iuuent beneficè, eorum non difficilem curam habeant, ubi iam consueuerint, ac per ætatem uiribus destituti languescere ceperint, aut ad egestatem redacti fuerint. Atq; hæc omnia humanitatis officia, nedum libenter & beneuolè & decrepitis parentibus, sed cum omni etiam humilitate & reuerentia (tanquam coram Deo inspectam esse) præstanda sunt.

Quid si parètes, pauperes, aut alioqui miseri, morosi, ac uiribus destituti fuerint?

DE QVARTO

Quantquam tenues, egeni, imbecilli, deficientes, & difficiles sint, nihilominus tamen parentes sunt à Deo dati. Nam conuersationis aut defectus gratia debito honore non priuantur. Quare parentum personæ intueri de non sum, sed Dei uoluntas consideranda, ita iubentis & ordinantis.

Bone Deus, quis sic colit parentes?

Nimirum qui Dei uerbo credunt, ij non patientur eos laborare penuria, aut fame ac siti contabescere, sed eosdem supra, iuxtaq; se collocatos faciem discumbere, illisq; de fortunulis suis, quicquid habebunt non grauatè impertient, quàm poterint amplissimè benemeritis parentibus operæ merito remetientes.

Vereor protectò miram esse horum paucitatem? Sanè quidem, proh dolor.

Qui fit igitur?

Quia hoc mandatum spretum neglectūq; iacuit, nec quisq; erat q̄ pueros probè erudiret, & ad præstandam obediētiam & officia parentibus debita adhortaretur.

Atqui semper unà cum reliquis præceptis tradebatur?

Sed leui brachio (quod aiunt) tractabatur, nemini enim aduertente diuinum hoc esse præceptum, aut Dei uerbum, & sacra documentum scripturæ.

At sanè dictum fuit, esse unum è numero

mero decem praeceptorum Dei?

Sed negleſtui & deſpectui habitum uentisq; man-
datum. Etenim ſi reuera, ut Dei uerbum & praeceptum
aeſtimatum fuiſſet, quiuis ex hoc facile potuiſſet collige-
re, quod neceſſe foret ſanctos etiam eſſe homines, qui in
ta haec uerba uiuerent.

Vbi autem religioſorum ordines,
multorum meritorum origines,
manſiſſent?

Sanè multò ſœlicius fuit ſeculum, & meliori in ſta-
tu Eccleſia cum nulli eſſent ordines, nulla monaſteria,
quàm nunc ſub Papatu & monaſteriorum multitudine.
Tum enim fides efficax, charitas fruens, Euangelij
doctrina, & uerè bona opera in flore ad precio erant.

Quid uerò ſentis de religioſorum o-
peribus, an non & illa bona uidentur?

Qui bona poſſum eſſe, ſiquidem Chriſtus ea non
praecepit, ſed mera ſunt humana ſomnia.

Licet dicas quid uelis, pulchrum ſa-
nè dictum eſt, Deſertis parentibus in-
gredi in monaſterium?

Sit utcuq; ſpecioſum, ac praeclarum, longè tamen
praeſtat patrem & matrem honorare.

Quid cauſæ eſt?

Quia illud ſecundum humanas traditiones, hoc
uerò

DE QVARTO

verò diuina Maieſtas ſanciuir . Quicquid enim Deus præcepit, multis modis nobilius & præſtantius eſt, quàm omne illud, quod nos ipſi comminiſcimus.

Atqui ſancti Patres hos ordines inuenerunt, pontifices confirmarunt?

Nulla ſanc̄ eſt authoritas patrum ad Deum collata, iſ quicquid decernit & ſtatuit, id obligat omnes, & requirit obedientiam. Et cum præter Deum alius magiſter cum ſublimior tum præſtantior inueniri non poſſit, conſentaneum eſt, neq; doctrinam ullam eſſe potiorẽ, quàm cuius ipſe author & magiſter extiterit.

Sed pœnitet nos tantum præceptis Dei dediſſe operam, quare progrediamur ulterius?

Primum animum ad Dei præcepta applices, ut illis ſatisfacias, & per omnem ætatem abunde negotium tibi facceſſem, neq; opus erit ocioſe quærere alia. Satis Deus opioſe docuit, quid ſit feciſſe neceſſe, quæq; ſibi grata, & uerè pia ſint opera, nempe quæ ipſe præcepit. Quæ uerò non præcepit, ea neq; probat neq; acceptat.

Cur non ante aliquot annos idem doctum fuit?

Id noſtris imputemus peccatis, quia ueritatem ex animo non ſumus amplexi, efficaciam illuſionis Deus nobis

hic misit loco mercedis, ut crederemus mendacio. 2.
Thess. 2.

Quantum audio, si uerbo Dei acquiescimus inhaerentes, haud unquam ordines isti extitissent?

Sanè probabile est: Nam qui uis puer in hoc praeccepto mansisset, potuissetq; & quietam & saluam erga Deum obtinere conscientiam, ac dicere: Si mihi bona ac sancta sunt opera facienda, nullum scio praestantius opus, quam ut parentibus meis omnem honorem & obedientiam exhibeam, quando Deus hoc ipsum mihi faciendum tantoperè praecipit.

Hoc pacto nulli monachi aut monachae facti fuissent?

Scilicet: Qui suos natos salubriter educasset, ac in domini obsequio & pia obedientia iugiter retinisset, unde magnam uoluptatem coepisset & gaudium, ubi contra parum foeliciter successit, siquidem Dei praeccepto posthabito & neglecto, interim ueluti lupi hiantes captabant & expetebant illud, quod ipsi nunquam consulto Deo aut saltem semel salutato, commenti, ad inuenimus detrudentes miseros in Monasteria pueros, unde exitus non patebat, repugnante natura & legibus.

Quid igitur pueri, & adolescentes faciant?

DE QVARTO

Relictis ac posthabitis omnibus, cum primis ad hoc præceptum inconniuenter intentos habeant oculos, et pientes Deo seruire uerè bonis operibus, ut faciant quæ parentibus, aut his quibus horum loco subiecti sunt, grata esse intellexerint.

Age, an hæc sunt bona opera adolescentum, Deo usq; a deo placentia?

Ita sanè: Post diuinum cultum et obedientiam, nihil maius est aut præclarior, quàm obedire parentibus, quare quicumq; puer hæc comperta habet et facit, omnium primum hanc ingentem in corde consolationem obtinet, ut plenus gaudio dicere, seq; uerè iactare possit, aduersus omnes, qui proprijs et à seipsis inuentis operibus occupati sunt. Ecce certus sum, hoc opus Deo meo acceptum esse.

Quid ergo cœnobitæ sua prædicant opera?

Sine uerò illos cum suis multis, magnis, laboriosis, amaris et grauibus operibus omnes ad unum prodire in medium, et iactare, uideamus saltem, num unum aliud quod producturi sint, quod maius sit aut præclarior, quàm obedire parentibus, quod Deus post suæ maiestatis obedientiam primum esse uoluit, præcepitq; ita ut Dei uerbo et iussu expedito nihil prius sit, quàm parentum uerbum et uoluntas.

Deo

Deo sit gratia qui me hac doctrinā dignatus est, q̄ tā liberalia didici officia?

Verè quidem & ex animo tibi triumphandum gaudium. Deo q̄ gratiæ agendæ, prolixius etiam, quòd te dignatus ad hoc elegerit, ut ipsi tā grata et preciosa faceret opera. Tantum uide ut hoc magni æstimes, quantum apud homines leuissimū & contēptissimū uideatur.

Quare tam præclara & gratiosa sunt hæc officia?

Non sanè nostræ dignitatis gratia, quæ nulla est, sed quod re omnium preciosissima, nempe Dei uerbo comprehensa & conclusa sint.

An falso religiosorum opera non hiscè comparanda?

O quā magno emerem omnes Carmelita & Monachi & Monache, ut in omni religione sua, uel unum opus possent producere, diuinorum præceptorum iussu factum, possent q̄ coram Deo alacri animo dicere: lam quidem certus sum hoc opus tibi non displicere.

Vbi uero miserandi illi & ærumnosissimi homines in nouissimo die manebunt?

Scilicet coram Deo, & uniuerso Mundo extrinsecè confundentur, collati ad unum aliquem puerum, qui hoc in præcepto nixerit, cogentur q̄ fateri uel inuiti, se secum omnis uitæ suæ ratione & operibus non dignos esse, qui illi uel matulam porrigant.

Proh

DE QVARTO

Proh sancte Deus, quanta ista erit la
gnomina?

Admodum, sed & iure hoc illis accidit, propter per
uersitatem diabolicam, quando Dei præceptum ita con
tumeliose pessundant, ut semet incassum ultro excogita
tatis operibus excarnificatos disrucient, pro quibus
nihil aliud præmij, quàm risum unà cum damno lucrati
faciunt.

Magnam igitur pueri & familiae ha
bent prærogativam, & parteis longè
meliores religiosulis istis.

Procul dubio: Quomodo cor hominis non gestiret
gaudio, aut læticia non diffuere, omni labori se accin
git, facitq; quòd tibi demandatum est, potestisq; dice
re: Ecce hoc opus præstat ac potius est omnium carne
litarum sanctimonia, etiam si ad necem usq; seipos ma
cerarent ieiunio, ac citra intermissionem innixi genit
bus preculas ad Deum funderent.

Qui fit ergo, quòd mundus hoc non
agnoscit?

Hæc scilicet mirifica mundi plaga est, & horrens
da cecitas, quòd his rebus nemo fidem habere digna
tur, adeo Diabolus simulata sanctitate & fucatis operi
bus nostros perstrinxit, ac dementavit oculos.

Fatigandus igitur Deus precibus, ut

ut nos sua dignetur gratia, & aperiat oculos?

Si obnixè cum Deo precibus ageremus, haud dubiè sua nos persunderet gratia, ut parentes maiori gaudio amicitia & concordia fruere in edibus & liberi parentes haberent summa deuinctos beneuolentia. Vbi uerò liberi pertinaces sum, nec citius quàm fustibus adacti iussa capessunt, & Deum & parentes iuxta exasperant, fit, ut seipso tanto priuent thesauro & conscientie gaudio, nec aliud quàm omne malum sibi concilient.

Hæc sanè nunc est cõmunis querela?

Quis est in causa? Parentes plerunq; sunt ignaui, et degeneres, & quales sunt, tales procreant liberos, ut se uel æquè ac iuuenes sint efferi & infrenes, in quibus nullum aut reuerentiæ aut honoris uestigium, uel scintilla conspicitur, iuniores nihil nisi uerberibus euictum faciunt, senes uerò malis exemplis & offendiculis sunt ditissima. Eam ob rem Deus quoq; punit utrosq;, ut in omnem calamitatē prolapsi ærumnosi uitam exigant.

Quid nos potissimum moueat ad seruandum hoc præceptum.

Quòd Deo Opt. Max. ac omnibus Angelis hæc summe placeat obedientia, & Diabolo omnes maxime urat & affligat. Ad hæc quòd maximum opus sit, quod nos facere possimus post summum illum Dei cultum in prioribus

DE QVARTO

ribus Dei præceptis comprehensum, Deus enim huius
parentum ordini primas tribuit, eundemq; in terra
planè in suam sedem colendum euexit & extulit.

Quid si inopes ac ualerudinarij fuerint?
Imò si nulli essent, optandum fuerat, ut nobis Deus
truncos & saxa proponeret, quæ parentum uice coles-
remus, aut parentum appellatione dignaremur. Quan-
to magis, posteaquam uiuos parentes nobis largitus est,
omni læticia nobis incedendum est, quòd illis bono-
rem habere & obedientiæ obsequiũ ostendere queamus.

Num etiam lege obligati sumus?

Et maxime: Coram Mundo enim in hoc astringimur,
ut acceptorum à parentibus beneficiorum memores,
mutuam officij uicem rependamus, utq; parentes alia-
te fessos uicissim alamus foueamusq;.

Vetus enim dictum est: Deo, parentibus & præce-
ptoribus, non potest satis gratiæ rependi.

Quæ est causa?

A Deo corpus & animam, sensum & rationem ha-
bemus: à parentibus enutriti & educati sumus, ubi alia-
da fuisse anima: à præceptoribus liberales artes & ci-
uilitatem morum habemus.

Plurima sanè hæc sunt, & præclara
donas

Certè si quis ea considerat, & uigilanti animo intueatur, sua sponte properabit ad cumulandos omni honore parentes, ut uel in sinu ac manibus gestet, si fieri possit.

Plures ne causæ sunt, quæ nos ad declarandã obedientiã parètib; prouocēt?
Sanè uerò extat largissima Dei promissio.

Cedo eam?

Ut longæuus sis super terram.

Quæ hæc est sententiã?

Qui suos parentes debito prosequuntur honore, honesta uoluptate, fortunis, ac scelicitate fruuntur, omnia illis prosperè succedent, & in optimam partem uentura, ut uitam tranquillam, ac suauem longamq; exigant, omni deniq; rerum expetendarum copia in terris affluant.

Num qui mortales reliqui, quibus in hunc modum Deus benedixit?

Sunt certè honestæ & peruetustæ familie, quæ se pulchrè habent & numerosa sobole abundant, multiq; in tranquillitate bellè & molliter consenescent, ac natos natorum uident, in tertiam & quartam generatiõnem usq; procreatos.

Immorigeris autem liberis quid accidit?

DE QVARTO

Vt priusquam sentiant, aut opinione citius pessima
eant turpissimè, neq; uita unquam beata fruantur. Vno
de queso aliàs oriundi tot nebulones, fures, pradores
& latrones, quàm ex inobedientibus liberis.

Nam quia uerbo Dei & pijs admonitionibus nõ au-
res accommodant, nec obtemperant suis parentibus, &
præceptoribus, fit ut ex Dei iracundia in omne facinus
prolapsi, deinceps propalam excarnificati, parentibus
& dolori, & dedecori sint: perrarò enim contingit, ut
tam perditæ & deplorati homines legitimam aut mali-
ram mortem oppetant.

Da exempla.

Filij Heli uno die in bello occubuerunt. 1. Reg. 4. Ab-
solon capillis de quercu suspensus perijt. Et Diu Gre-
gorius testatur Diabolum, inobedientem & præfatis
filium ex sinu patris abreptum, sustulisse.

DE QVINTO PRÆCEPTO.

Da quintum præceptum.

Non occides.

Hoc quid est?

Deum timere ac diligere debemus, ne nostri proximi
corpus uiolemus, malo aut damno afficiamus, siue
cogitando, siue loquendo, siue deniq; agendo id fiat.
Sed pro uirili parte in omnibus corporis necessitatibus
illi auxilio & usui simus.

Dic

Dic idem planius .

Noſtri officij eſt neminem occidere, neq; animo aut conſilio, neq; ſignis aut uultu, neq; deniq; ore aut manu, non mentem, uocem, aut operam ulli locantes.

Quo pacto cogitationib. occidimus?

Cum optamus inimicos è medio ſublatoſ, ſeu malo precamur, ut quauis occidione pereant.

Quomodo uerbis occidimus?

Cum proximum calumnijs opprimo, aut conſilium do, quomodo interficiatur.

Quomodo opere occidimus?

Duobus modis. Corporaliter, & ſpiritualiter.

Quomodo corporaliter cædem facimus?

Quando manu, gladio, aut armis occido, ueneno aut quouis alio pacto tollo.

Quo pacto ſpiritualiter homo occidit?

Vbi anima falſa doctrina, mendacijs & erroribus neci datur.

Iudæi quomodo hoc præceptum intelligebant?

ſimpliciter ſecundum literam, quòd nullus eſſet homicida, niſi qui ſua manu aliquem necaſſet: ideo in morte Domini noſtri Ieſu Chriſti extra noxam eſſe uolebāt & inſontes quando in prætoriũ non ingrediebantur.

DE QUINTO

Quomodo Christus hoc mandatum interpretatur?

Matt. 5. inquit: Audistis quod dictum sit ueteribus. Non occides: Quisquis autem occiderit, obnoxius erit iudicio. At ego dico uobis, quod quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio. Quicumque uero dixerit fratri suo: Racha, obnoxius erit concilio. Quisquis autem dixerit: fatue, obnoxius erit gehennae incendio.

Quot gradus irae facit Christus in his uerbis?

Quatuor: Nempè iracundas cogitationes, iratum uultu, aut signa, iracunda uerba, et iracundiae opera.

Vbi saeva prohibet cogitata?

Quisquis irascitur fratri suo, obnoxius erit iudicio, & 1. Ioan. 3. Qui suum fratrem odit, est homicida.

Vbinam uetat signa iracundiae?

Quicumque dixerit fratri suo: racha, obnoxius erit concilio.

Vbi uerba iracundiae prohibet?

Quisquis dixerit fratri suo, fatue, obnoxius erit gehennae incendio.

Vbi denique opera prohibet irae?

Quisquis occiderit, obnoxius erit iudicio.
Quid, an omnis hic prohibetur irae?
Non sane: Qui enim Dei locum in terris obtinent ut

et Parentes, Magistratus &c. eorum interest irasci, indignari, obiurgare, & punire, propter eos ipsos, qui hoc & alia præcepta flagitiose transgrediuntur.

Quæ fuit Deo causa & necessitas huius constituendi præcepti?

Non illi obscurum erat, quanta esset iniquitas & malicia, & quàm hæc vita multis obnoxia esset periculis, quòd deniq; ira, odium, inuidia, cædes, & omnes generis mala nobis essent natura insita, eam ob rem hoc præceptum tanquam in medium inter bonos & malos constituit.

In quo igitur huius præcepti cardo uertitur?

Ne quis proximum suum ob ullum malefactum ulla conturbet, aut afficiat iniuria, etiamsi eam abundè promeruisse.

Non igitur, quantum audio, sola cædes interdicta?

Non sanè, sed simul omnes cause, occasiones, radices, & fontes, unde oriri possit homicidium, prohibentur. Crebrò enim fit, ut aliquis, tametsi manus cæde non contamineat, ita eruente imprecando deuocet proximum, ut non diu superstes uiueret, si affectus esset his imprecationibus.

Quæ est ista radix malorum?

DE QUINTO

Sæua & immoderata ira, qua animus contra proximum incenditur & aestuat.

Vnde initium & vires talis ira capit?

Si vicinus tuus uiderit tibi ædes splendidiore, riuu-
merosiores familiam, pinguiore agros, plus opibus atq;
fortunarum à Deo esse, quàm sibi, statim ægrè patitur,
tibiq; prosperos rerum successus inuidere incipit, neq;
quicquam boni de te, aut cogitat, aut loquitur. Cum
itaq; hoc uidemus, animus noster uicissim ira ex aestuat,
at uindictæ cupidine ardere incipit. Inde maledictorū
æ litium pullulant inicia, ex quibus deinceps calamita-
tes, & cædes emergunt oriunturq;.

Hic nunc Deus tanquam amicus, ac beneuolus pater
præuenit, seq; interponit arbitrum, uolens omnem dia-
scordiam componi, ac præscindi, ne qua oriatur iniu-
ria, neue alius alium perdat. Et in summa hoc præcepto
unum quemq; ab omni ui, atq; iniuria tutum, pacatum,
ac defensum esse contendit: uultq; planè hoc præceptū
esse proximo murum, arcem, asylum, & propugnacu-
lum, ne quam molestiam in corpore accipiat.

Quomodo animos ponemus?

Dei uoluntatem intueamur, illiusq; uindictæ uim
atq; iniuriam quam immerentes patimur, certa quadā
animi fiducia, ac nominis sui imploratione commende-
mus, ut ad hunc modum homo discat sedare iram, &
patientem ac mansuetum inducere animum, cum primū
erga

erga illos qui causam irascendi suppeditant, hoc est
erga inimicos.

Quæ est igitur totius præcepti
summa?

Cõplectitur tria genera: Principio ne quis à nobis affi-
ciatur iniuria, primũ quidem manu & opere. Deinde
ne utamur lingua in hoc, ut consilium demus alicui in-
commodandi: in super ne quam causam aut occasionem
præstemus, aut consentiamus alijs, unde aliquis detri-
mentum capiat.

Ac tandem ut ipsum cor hostiliter infensum sit ne-
mini, aut irritatum iracundia malè uelit aut diffæueat.
Ita ut & corpus & anima iuxta sint extra noxiam de
quouis, peculiariter tamen de eo qui tibi malè imprecia-
tur, aut etiam obijcit.

Quam fert Deus sententiam in
homicidas?

Promulgauit legem talionis, ut uices illis redderen-
tur iuxta illud, Gene. 9. Qui humanum effuderit san-
guinem, eius sanguis rursus effundetur, & quidem per
hominem, & Matth. 5. Quisquis occiderit, obnoxius
erit iudicio.

Da exempla?

Gen. 4. Cayn suum occidit fratrem Abelũ, et rursus
occisus est ab Lamech. Adonibexek mutilauerat 70.

DE QUINTO

Reges pollicibus manuum ac pedum, & sic rependit illi Deus, iudicium 1.

Rechob & Baena occiderunt Ithobeth filium Saulis, ideo David de cruce eos suspendit 2. Reg. 4.

Simri interfecit regem Ella, & totam eius domum ac familiam, ideo vicissim obsidione cingitur ab Amri, & cum uideret urbem expugnatam iri, fugit in arcam, qua incensa se unam cum regia domo exussit, & perijt. 3. Reg. 16.

DE SEXTO PRAECEPTO.

Da sextum praecipit?

Non moechaberis?

Hoc quomodo explicas?

Deum timere & diligere debemus, ut castè ac pudicè eè uiuamus in uerbis ac operibus, & quisq; suam uxorem amet, ac colat.

Quibus in rebus uersatur hoc praecipit?

In eo uertitur, ut quisq; cum pro se castè ac pudicè uitam agat, tum ut proximo ad eam rem sit aduinculo.

Qua ratione id fiat?

Qui non singulari Dei gratia praediti castè uiuent, matrimonium contrahant, & caueant, ne proximi uerem, quae unam cum ipso est caro, contumelia aut ignominia afficiant, seu alieno thoro iniuriam faciant.

Quid,

Quid, an mortales omnes hac lege
tenentur ut contrahant?

Non sanè, Christus. n. Dominus noster tria genera
hominum exemit, Matth. 19. eorum qui ad matrimoni-
um non sunt idonei, neq; ad contrahendum obligati.

Qui sunt isti?

Primi, qui eunuchi de matris utero nati sunt. De-
inde sunt alij, qui sunt eunuchi ab hominibus per vim.
Tertium genus, eorum quos Deus summa, ac naturam
excedente gratia, ea libertate donauit, ut possent ex-
tra hunc ordinem seruata uite pudicitia, castitatè tueri.

Quid de religiosorum electicia ca-
stitate habes dicere?

Est horrenda in Deum blasphemia, et fraus simpliciū.

Hoc tibi probandum est?

Quia uitam & prohibent matrimonium præ ma-
gna sanctitate, & uouent se perpetuam seruatu-
ros castitatem, cum tamen nemo omnium perinde castitatem
exosam habeat, aut in libidines pronior sit atq; illi. Sed
aut propalam & impudenter scortantur, aut clam a-
dulterio inuoluuntur, aut longè scœdiora & dictu ne-
fanda perpetrant, ut abunde satis ista non raro, flagicia
expertus sumus.

Non equidem spero omnes eo ma-
lo teneri?

DE SEXTO

Quantum ab ipso fortasse opere sibi temperent, eor tamen eorum impuris eiusmodi cogitationibus, & pravis cupiditatibus plenum extrema flagrat libidine, ut plane perpetuo quodam incendio & occulto quodam uulnere carpantur & absumantur, quod in matrimonio constitutis, nulla cum difficultate cuitare licet.

Quantum audio, præposterè religioforum uotiuca castitas prohibita, & damnata est?

Non modò interdicta & maledicta, imò omnibus miseris quoq; conscientijs, quæ suis monasticis uotibus impudèter deceptæ sunt, præceptum est, ut de seruo libidinoso & impuro ordine matrimoniū arripiant, ita reprobates, ut quanq̃ monastica uita alioqui ab Euāgelionon discreparet, tamen in uiribus suis situm non esse, cœlestem uitam agere, in qua si manserint, magis magisq; incensu libidine aduersus hoc præceptum peccaturi sunt.

Atqui hoc sibi persuaderi nō sinunt, sed suum cœlibatum rem sacram ac salutarem iudicant?

Valeam illi cum suo iudicio nobis audiendus est Dominus Paulus, qui inquit, 1. Thimoth. 4. Spiritus autem deserto loquitur, quod in posterioribus temporibus despiciscens quidam à fide, attendentes spiritibus impostoribus, ac doctrinis demoniorum &c. prohibentium contra

contrahere matrimonium, iubentium abstinere à cibis, quos Deus creauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus.

At hoc dictum illi de hæreticis interpretantur?

Nullus unquam fuit hæreticus qui legitima contra-
bia prohibuisset, præter Papam, & suos asseclas, quare
non possunt de alijs interpretari.

Quid ergo suos ordines & religio-
nes iactitant?

Sine iactent quantumlibet, S. Paulus aperte dicit à
spiritibus impostoribus & doctrinis demoniorum ori-
ginem ducere studium eorum: ac si diceret, sunt san-
cti & afflati spiritu, sed non bono, non sancto.

Sed gloriantur longè se potiores
habere parteis maritatis?

Verum est hac parte priores ferunt, quòd concubi-
na eorum lenæ non fiant, sunt enim iam prostitute pro-
dicite. Ad hæc committere adulterium cum eis non
possunt, et illi crimen adulterij non subeunt, si maximè
eas repudient. Profectò / cili et insignis est gloriatio
à sanctis & religiosjs uiris profecta.

Quid colligere licet ex hac glo-
riatione?

Aliud nihil nisi quòd in manifestis peccatis crimini-
bus

DE SEXTO

bus ac notis compuncti & sepulti sunt, facie & fronte
 te perscripta. planè pudicitiam in propatulo habent, sta-
 tutum habentes se per omnem uitam meretricibus, leu-
 nis, prostitutæq; omnis pudicitie mulieribus operum
 daturus usq; ad rogum, ut tandem & turpiter Diabolo
 sint prædæ & uoluptati.

Qua uia isthuc?

Quia Matrimonium diuinitus institutum, & ordi-
 natum sanctè abiurarunt, & deuouerunt, interim ni-
 hil aliud student, nisi ut lutulenti sues cum quouis uia-
 tio uolulentur, scortationi, adulterio, & alijs occultis
 flagitijs, quæ pudor nominare prohibet, implicati, &
 dediti. Ac corpus & animam temerè præter necessitan-
 tem scœdissimè contaminant.

Quid ais, indignum profectò hoc?
 Intuere formam Romanæ disciplinæ, uitam ac mo-
 res Papæ, Cardinalium, Episcoporum, Monachorum
 & Monacharum &c. & inuenies rem sic habere.

Quid maximè spectat hoc præceptum?

Adulterium.

Quid ita?

Quia in Iudaismo sic ordinatum & præceptum fuit
 rat, ut quisq; ducta uxore matrimonium contraheret:
 coelibatus tū temporis nullius momenti habebatur, sed
 neq; propalā uisebantur aut concedebantur meretrici-
 ac scortatorum lustra, ut hodie apud nos solenne est.

Quid

Quid autem Christo initiatis hic
prohibetur?

Non solum externum opus, uerum omnis generis
illam causse, illestanta & occasiones.

Qui hoc intelligam?

Vt cogitationes, uerba, facta, os, cor, aures, oculi, at
que adeo totum corpus purum ac castum sit, nullum lo-
cum, opem, consilium, impudicitiae seruiendae praebe-
at. Non solum hoc, sed ut etiam hisce nefarijs rebus
suum conatu obstat, tucatur, prohibeat, ubi pericu-
lum & necessitatem uiderit, ac contra praesto sit auxi-
liet consilio, ne quam proximus fame suae iacturam,
accepta in coniuge contumelia, faciat: Nam
ubicunq; tale aliquid per negligentiam intermiseris,
cum possis obistere, dissimulante conuiuens, quasi tua
nihil intersit, non secus eius flagitij culpa teneris, quam
ipse qui perpetravit. Voluit enim Deus hoc praece-
pto cuiusq; uxorem, tanquam uallo circumsepere ac
defendere, ne quis temere eam contrectando semet ad
dulterio reum faceret, aut pollueret.

Quot modis in hoc praecipuum im-
pingimus?

Quadrifariam: Primo interioribus impuris cogita-
tionibus, cupiditatibus, & affectibus.
Secundo impudicis gestibus & signis, ut libidinoso
affectu.

DE SEXTO

aspectu & lasciuis moribus rebusq; luxuriosis.
Tertio spurcis & scurrilibus sermonibus, nugis, fabulis, Historijs.

Quarto externis operibus carnis inter liberaas, desponsatas, & sanguine iunctas personas.

Deus bone adeon' foedum malum
est impudicitia?

Memineris sanè impudicitiam esse periculosum, & furiosum uitium, quod in omnibus membris hominis furit, & urit in animo per impuras cogitationes, cupidines, & affectus, in oculis per impudicum uultum, in auribus illicito auditu, in ore uerborum spurcitie, in manibus ac pedibus, deniq; in omnibus membris per dolo amore, & illicitis operibus.

Quid Augustinus de hoc uitio dicit?

In omnibus certaminibus Christianorum esse nullum grauius, atq; castitatis. Omnes sancti de hoc morbo conqueruntur: ad tempus quidem continere licet, uerum quando caro ardore accenditur, sanguis quasi ebullit & exæstuat, tum Deus cum omnibus suis mandatis obliuioni traditur.

Id mali uerò quo pacto caueri poterit?

Vt aliquatenus libido carnis caueri possit, Deus matrimonium instituit, ut quisq; sua parte legitimè deserviat.

stinata fruatur, illaq; cōtentus uiuat, & ab impuris, scē-
lestis cogitationibus, uerbis & factis sibi temperet.

Quid Christus de impudicis cogi-
tationibus, ac gestibus pronunciat?

Matth. 5. inquit, Audistis quòd dictum fuerit anti-
quis: Non committēs adulterium: At ego dico uobis,
quòd quicunq; aspexerit uxorem alterius ad concupi-
scendum eam, iam adulterium cum ea commisit in cor-
de suo.

Quid de ociosis ac spurcis sermo-
nibus dicit?

Matth. 5. ait: Reddendam esse rationem hominibus
in die iudicij, de quocunq; ocioso uerbo, quod locuti fu-
erint. Et S. Paulus Ephe. 5. Cæterum scortatio, & o-
mnis immūdia, aut auaricia, ne nominetur quidem in-
ter uos, sicut decet sanctos: aut obscœnitas aut stultilo-
quium, aut inurbanitas, quæ non conueniunt. Corrum-
punt enim colloquia praua bonos mores.

Quam pœnam Deus minatus est,
huius præcepti transgressoribus?

Sic inquit Deus Leui. 20. & Deut. 22. Vir qui mœ-
chatus fuerit cum uxore uiri, qui inquam fornicatus fue-
rit cum uxore proximi sui, morte interficiatur, tam ad-
ulter quàm adultera & c.

Da exempla?

F

Proa

DE SEXTO

Propter uagas & nefandas carnis libidines, & peccata Deus diluuium mundum deleuit, Gene. 6. Et pluit igni & sulphure de caelo, super Sodomam & Gomorram, Gen. 19. Propter scortationem, 24000. uirorum occisione occiderunt. Num. 25.

Itane prorsus hoc praeceptum matrimonium commendat?

Sic est, Deus enim matrimonium tanquam diuinum ac felicem ordinem uult agnoscere & coli, & eam ob rem notabili quodam discrimine, ut patet, masculum & feminam creauit, non ad libidinosam exercendam & lasciuiam, sed ut legitime coniuncti fecundi essent, liberos procrearent, nutrire, eosdemque ad Dei gloriam ampliandam, pie ac recte educarent.

Non igitur rem iocularem aut ludicram molitur Deus matrimonij sanctione?

Scilicet: Per magni enim sua refert, ut educantur homines, qui mundum sua opera & industria ad Dei cognitionem, & beatam, uirtutibusque exornatam uitam exegendam queam perducere, ut aduersus quamlibet malignitatem, & ipsos etiam demones pugnent. Ideoque, ut non solum ceteros status precio & dignitate aequet, sed omnes ceteros in toto orbe ordines longo interuallo post se relinquat, & uincat.

Nunquam

Nunquid etiã necessarius est hic ordo?

Sane uerò: Imò etiã serió à Deo mandatus, ut in genere omnes, status ac ordines, cum uiri tum mulieres, ad hoc creati, cum arripiant, contracto matrimonio, exceptis paucis, quos Deus sigillatim eximit, Matth. 19.

Estne possibile extra matrimonium castè uiuere?

Non. Fertur enim natura suo impetu diuinitus insito, siquidem caro & sanguis naturã suam mutare nõ potest, ac naturalis ille appetitus, & carnis inclinatio, consuetum iter, nulla re obstante, aut prohibente sequitur, id quod omnibus liquet hominibus.

Estne adolefcentia ad coniugium adhortanda?

Vt incipiat uoluptate quadam complecti matrimonium, docenda est, & admonenda felicem & Deo acceptum esse ordinem, in quo sancta & uerè bona faciunt opera, de quibus leti coram Deo gloriantur.

Huiusce adhortationis quis est usus?

Hoc nomine prodest, ut hac ratione temporis progressu tantum efficiatur, quo huic ordini suus iterum honos reddatur, & foeda illa omnium libidinũ & scortationum lerna, quæ turpissimis iam uicijs totum orbẽ occupauit, imminuatur, quæ ex cõtemptu matrimonij non secuta est.

DE SEXTO

Quis author erit eiusmodi adhortationis?

Parentes et præceptores, hoc pro suo officio debent, ut iuuentutis habeant rationem, quò ad uirtutem & honestatem formetur, & fingatur, & ubi adoleuerit ætas, habita ratione diuinæ uoluntatis, & publicæ honestatis, suis prospiciant ac consulant, in matrimonium maturè collocantes. Iam haud dubiè Deus sua gratia et benedictione adesset, unde Ecclesia uoluptatem & gaudium, utilitatem, & salutem consequeretur, tandemq; felicem portum contingeret, & uitam æternam. Amen.

DE SEPTIMO PRÆCEPTO.

Da septimum præceptum?

Non furtum facies.

Hoc quid sit dic compendio?

Deum timere & diligere debemus, ne proximi pecuniam & res fraudulenter auferamus, neq; falsis mercibus aut impostura ad nos pertrahamus. Sed res & fortunas eius inuenimus, emendemus ac custodiamus.

Quomodo fit furtum?

Quando sceneramur, falsa mensura, pondere, & uilè bonis obtrudimus, mercedem pactam pro labore negamus, aut res seruamus.

Quare

Quantum quidem intelligo furari
uicium est, quod longè lateq̄ pater,
& multos homines notat:

Scilicet: Si omnes quotquot fures sunt, nec tamen di
ci uolunt. praefocandi essent laqueos, cito totus mundus
deuastaretur, neq; cruces aut carnifices sufficerent.

Quid ergo uocas furari?

Furari nihil aliud est aut dicitur, quàm bona alteri
us per iniuriam sibi uendicare, omnis generis fraudibus
& proximi detrimento ac incommodo.

Qui hoc intelligam?

In hunc modum: non tantum furtum dicendum, ci
ras clanculum euacuare & marsupia, sed in foro quoq;
locum habet, in tabernis, ubi res uenales prostant, in
cella uinaria & cereuisiaria, in macello & officinis:
breuiter, ubicunq; tractantur commercia, ubi pecunia
pro mercibus diuenditur, aut pro labore datur & ac
cipitur.

Quod genus hominum huic ma
ximè præcepto aduersatur?

Non unū sanè, sed diuersum, ut liberi, famuli, mer
cenarij, opifices, mercatores, agricolae & cet.

Quomodo liberi peccant?

Quando parentibus aliquid fraude detrahunt, &
in senectâ eorum curam non agunt.

DE SEPTIMO

Quo id probas testimonio?

Prouerb. 28. Legimus: Qui depraedatur patrem suum,
& matrem suam, dicens, non esse peccatum, socius est
ille uiri interfectoris.

Quo pacto familia peccat?

Cum non fideliter praestit seruitio, herosq; suo dat
damnum: aut fieri permittit, cui ob stare potuisset, aut
quo minus fieret, ante uertere, aut alioqui rem herilem
male tractat, aut propter socordiam, indiligentiam, aut
malitiam negligit, ut heros ac heros aegre atq; molestus
faciat, deniq; quocunq; pacto hoc praua animi libidio
ne fieri potest.

Ac communis sane haec querela est
omnium.

Et merito quidem: hoc enim pacto seruus aut famulus
la herum aut heram facile quotannis triginta, aut quadraginta
aureis defraudare potest, quos si alius clanculum conuassisset,
huius gula esset perstringenda laqueo. Verum illi tanti sibi
furti conscij adhuc ferocium & insolenter agunt, neq;
quisquam eos audent alienae pecuniae condemnare.

Quomodo mercenarii & opifices
peccant?

Cum tanta utuntur licentia atq; libidine, ut ignorent
satis precij exigere ab hominibus, cum in opere suo
ciundo

eiundo frigeant admodum, & infideliter laborent frata
dulenter ac raptim opera facientes quantum possunt,
precium aestimantes quantumlibet.

Quo pacto agricolæ, hortulani,
& coloni peccant?

Quando uiciosas merces uænum producunt ac uen-
dunt, ut panicum & lolium, putrida oua &c. carius iu-
stos aestimantes citra ullam rationem, neq; etiam Deo
pro illis gratias agentes.

Id proh dolor, nunc uulgo usita-
tissimum.

Non mirum igitur Deum tam uarias immittere pla-
gâ, aquarum inundationes, mures, erucas, Chelonas,
Gurguliones, rubigines, grandines et tempestates, ne uel
ipsis, uel alijs lucro sit: At qui foraciam in uenias longè
insolentior in putridis ouis uendendis, quàm mercator
in mercibus 100. aureorum.

Quomodo peccant negociatores,
institores, propolæ?

Quando proximum in negotio defraudant, precitè
carius duplò aestimantes, extorquentes cum uerbis tum
factis: iniquo pondere, mensura, ulna, libellis, sigillis,
adulterina moneta, præcis mercimonijs, neq; non uer-
sipelli quadam astutia, ac miris imposturis atq; de-
ipulis, usuris, uersuris nouis, & calumniosis inuen-
tionibus

DE SEPTIMO

tionibus circumuentum despoliam. Ad hæc si quis alii
pro libidine grauat, commercijs ad uiuum usq; tendens,
& crucians, ita ut nummus nummam lucretur, citra
omnem periculum.

Quomodo debitores delinquent?

Cum mutuantur ab alijs, & in tempus promittunt,
nec tamen mutuum, animo grato soluunt.

Mendici quomodo peccant?

Cum nulla necessitate coacti uerè pauperibus ^{elemo}
synas præripiunt, uelut è faucibus, atq; id nomine ac
titulo sanctæ paupertatis, ut Monachi mendici cona
sueuere.

Num hæc hominum genera de
furto accusas?

Maximè: longe enim ἡμεροκοίτες hoc est, nos
nos fures antecedunt: quorum rapacitas seris ac repaga
lis caueri potest, aut comprehensis ita coerceri, ut post
hæc ad eum modum non delinquant. Horum autem im
probitatē, nemo, quālibet perspicax, cauere potest, ut
quisquam audet, eos uultu aliquanto obliquior conu
er, aut ullius furti accusare

Magna ergo societas est furum?

Est sanè hæc omnium communissima ars, & omniū
numerossima in terris sodalitas. Nam si quis mundum
per omnes uagatus ordines, recto iudicio contempla
tur

tur, nihil uidebit aliud quàm ingens aliquod & spacio-
sum stabulum, quod magnis furibus & prædonibus est
refertissimum, ut sum Harpyiæ, forenses occulti fures,
Grassatores, Defraudatores, Sacrilegi &c.

Quos uocas defraudatores?

Qui domi desident, magniq; dicuntur proceres ac
cives probi & integri, sub honestatis prætextu furtum
exercentes, & rapinam, dum præter modum, ac ratio-
nem res carè nimis uendunt, usurisq; ac uersuris mise-
ros expilant.

Quos uocas grassatores?

Qui corpus ac uitam uenalem habent, homines in
soluis et agris depredantur, ac ui quæ habent, rapiunt.

Quos occultos aut nocturnos fu- res uocas?

Qui noctu & sub tenebris obambulant, furtimq; ho-
mines spoliant.

Qui sunt principes furum, totum mundum suis technis compilantes?

Sacra Romana sedes, quæ quasi totius mundi opes
ad se suis mendacijs, Bullis, Indulgentijs, Diploma-
tis, anniuersarijs annalibus, perinde ut Cæcias nubes at-
trahit, & in hunc diem etiamnum possidet. Deinde am-
plæ Societates quæ inutilibus mercibus, aromatibus, se-
rico, purpura, & id genus alijs regiones emungunt.

DE SEPTIMO

Tertio omnes religiosi qui Ecclesiasticis bonis & uere piorum eleemosynis utuntur, & tamen nullo Ecclesiastico aut pio munere funguntur: non concionantur, non docent, non erudiant populum, sed bona Ecclesiastica turpissimè cum scortis, nebulonibus, morionibus, equis, ac canibus consumunt.

Quæ pœna manet paruos fures?

Si semel aut iterum Mercurio parum propitiis manibus aliquid sustulerim, sublatis in crucè penitentibus sum, simulq; de decus & pœnas exoluunt, ut magnorum illorum furum probitatem confirmet.

Quid magnis furibus solet accidere?

Concessa impunitate ab omnibus, securè & libenter agunt, ob hoc ipsum honorem quoq; sibi deferri postulant, iuxta illud: Dat ueniam cornis &c.

Sed non est iustum aut æquum?

Id in paruo discrimine ponit mundus, imò enim araneæ simile uidetur, quam uestiæ, ac fuci perumpunt, muscæ uerò minores ea capiuntur.

At quam Deus feret sententiam in eos?

Haud dubiè, non sic abibunt, si maximè ignominiam & supplicium crucis effugiant, non tamen poenam Dei uitabunt, sed ipse Sathanas eos eterno supplicio quærit.

quemadmodum digni sum & merentur, suo tempore
 afficiet, quod nunquam quidem euadent.

**Quæ pœna infidos liberos ac famu-
 los manet?**

Fortasse manus carnificis uitabunt, uerùm Dei ira-
 cundiam, & supplicium non effugient. Et quanquam
 ad tempus hac sua utantur ferocia, nihil secius tamen
 errones & mendici manebunt circumforanei, omnes de
 niq; plagas & infortunia experturi, & ubi ducta uxor
 propriae domus curam susceperint (ad quod illis
 Deus omnium inauspicatissime suam opem non denega-
 bit) hæc perfidia in proprium sinum redibit, fietq; ut
 ubi hero aut parentibus suis, prius uel unius obuli frau-
 dem fecerint, aut damni dederint, trigiesies suo maximo
 malo persoluant.

**Quid tandem infidis mercenarijs o-
 perarijs, & opificibus eueniet?**

Hiscæ omnibus permittitur sanè, ut audacter proxi-
 mum iniquissimis exactionibus deglubant, ac tonde-
 ant, quamdiu poterint. Sed Deus sui præcepti non erit
 immemor, illisq; ipsis debita præmia redditurus est,
 eosq; non in uirentem crucem, sed plane in aridam fur-
 cam suspensurus, ut per omnem ætatem infelices ni-
 hil bonorum unquam consequantur.

Quid

DE SEPTIMO

Quid aut mercatoribus, propolis,
 institoribus, & foeneratoribus usu ue-
 niet? Qui è foro et macello publico,
 quod omnibus seruire debebat, iustria
 prædonū, et locū latrocinij cōstituit,
 ubi quotidie indignis modis grauā
 miseri, nouis subinde puicaciter indu-
 ctis oneribus, & caritatis rationibus?

Horum omnium spectatores erimus, permissuri, ut
 pro arbitratu suo alios deglubam, spolicem, mutilem,
 lacerem, rapiam, ac omnibus modis suæ auariciæ serui-
 am: in Deo tamen fiduciam nostram habebimus, alioquin
 etiam hoc ipsum facturo, ut ea benedictione, ubi dicitur
 maltumq; alios degluberint, neq; parum bonorum eorum
 raserint eorum opes prosperet, ut frumentum ipsorum
 in horreo, Vinum & Cereuisia in cellarario, & peccus in
 stabulo pereat. Imò potius ubi proximum suum uel au-
 reo defraudarint, ipsi de tota summa, ac sorte pericula
 tantes in dubium ueniant, ita ut absumpta & ablata eua-
 nescat, etiam cum puluisculo, ut nullam unquam uolun-
 ptatem ex ea capiam.

An non hoc quotidiana experien-
 tia testatur?

In confesso est, nullam rem furto, aut fraude paratam
 possideri

possessori lucro esse. Quot enim esse putas, qui se ditto
 nastuq; corradendis et cumulandis opibus exeruciant,
 qui tamen ne truncio quidem ditiores euadunt? Et
 quanquam multum cumulent, tot tamen calamitatibus
 affecti sunt, ut cum gaudio & uoluptate rebus partis
 sui ne queant, neq; liberis suis eam hereditatem re-
 linquant.

Qui fit ergo, quod pauci adeo his
 moniti cautiore fiunt?

Verum enim uero cum ueminē hęc moueant, cumq;
 non secus, ac si nostra nihil interesset agamus, consenta-
 neum est, ut alia nos ratione Deus inuisat, & sapere do-
 ceat, ut nouis subinde exactiōibus exugamur, aut nu-
 mero so quodam peregrinorum militum exercitu nos
 adoriatur, qui in unius horulæ spacio, ita cistas ac mar-
 supia nostra exenterent, nec antea depraedandi finem fa-
 ciant dum nobis ullus obulus manebit reliquus. Ad hęc
 uastata passim patria, ædes nobis exurant etiam, neq;
 non uxores & liberos nostros affectos ignominia peri-
 mant. Et ut summatim dicam, multum furans, certō ti-
 bi pollicere, multo plura te furto amissurum. Deus em-
 nim huius artis est scientissimus, quando quidem quis-
 que alterum rapinis, ac furto compilat, ut furem fure,
 latronem latrone puniat: alioqui quæso quomodo tanta
 patibulorum & laqueorum copia suppeteret nobis,
 ad puniendos hosce fures.

CUR

DE SEPTIMO
Cur non ciuilis Magistratus hic
suum facit officium?

Profectò si pij essent Magistratus, facile ac citra mor-
tam eiusmodi hominum libido, ac temeritas coerceri
posset, atq; infringi, qualem olim apud Romanos mor-
rem fuisse legimus, ubi talium homuncionum improbi-
tatem accerbissimis poenis emendabant, ut alij inde ex-
emplum sibi sumerent.

Sed plurimi hoc mandatum pro lu-
dibrio habent?

Sit sanè: Sine ut contemnant, & interim audacter
rapiant, uel tergora diripiant ossaq; nudem. Sed hoc
obsecro animum attendant ac caueant, ubi pauperes
(quorum iam magnus est numerus) uenerint, quibus
omnia mercanda sunt numimis, diurno labore parti-
quos eiusmodi homines deglubunt, & ad uiuum usq;
rodunt, nec nõ superbè à se dimissos inhumani sime abi-
gunt, cum gratuito illis largiri debebant.

Qui cum indignis modis tractati miseri abeunt, et
se si tristitia: & quia neminem habent cui conquerantur,
sublata in cœlum uoce, Deum ultorem inuocant.
Tales pauperum gemitus & implorationes iaculari
non erunt, sed uim in se habebunt tantam, quæ illis &
uniuerso mundo erit intolerabilis.

Hæc pro concione sæpius moneri
salus

salutare putabimus?

Admodum: Et quidem iuuentuti in primis & studio hæc inculcanda sunt, ut sibi caueat, nec ueteris & indomite multitudinis insequatur uestigia. Sed Dei præceptum inconniuentibus intueatur oculis, ne & ipsam ira Dei unà cum pœnæ acerbitate comprehendat.

Num quid amplius desideratur?

Nostrum officium non ulterius protenditur, quam ut hominum flagitia indicemus, & eadem ex uerbo Dei reprehendamus. Verum ut tam aperta ac manifesta depredandi, ac furandi libido coerceatur, Principum & Magistratus interest, qui & ipsi oculos habeant & animum, in omnibus negocijs, atq; commercijs, certam rationem atq; ordinem constituendi & seruandi, ne pauperes grauarentur, & opprimerentur, neue semetipsos alienis peccatis onerarent.

Quid ergo hoc præcepto cautum est?

Ne quam iniuriam inferamus proximo (qualescunque tandem, & quam multiplices rationes excogitari possint, opes atq; substantiam alienam imminuendi, deturbandi, impediendi, alienandi) neq; his consentiamus, aut hæc fieri patiamur, sed prohibeamus, ac omnibus modis eius damnum anteuertamus.

Quid è regione præceptum?

ut bona proximi promoueamus, augeamusq; atq;

ubi

DE SEPTIMO

ubi necessitate pressus est, eius inopiam benigne subleuamus, illi impertiamus, præ manu aliquid demus, quo fruatur, cum amicis tum inimicis.

Nunquid ergo hæc sunt bona opera? Et maxime: Si quis bona opera querit, aut cupit facere, hic abunde satis inueniet, quæ Deo ex animo placent, & grata sunt: ad hæc quæ incredibili quadam benedictione remuneratur, & amplissimè cumulat, ut abunde uicissim pensetur, quicquid officij ac humanitatis proximo exhibuerimus.

Quo id probas scripturæ testimonio? Prouerb. 19. sapientissimus Salomon sic docet: Fecit ratur Domino qui miseretur pauperis, & uicissitudinem reddet ei. Habes hic opulentum Dominum qui tibi procul dubio soluendo est, nec patietur in ulla re te premi, aut urgeri penuria.

Quam dicit infures Deus sententiam? Sanè grauissimam, ut morte mulcentur, & tollatur malum.

Da exempla?

Achan filius Charmi de tribu Iuda de anathemate Ierichuntico suffuratur. Ideo cuncti Israëlites lapidarunt eum, ex diuino iussu, unaq; cum ipso uxorem, liberos, pecora, tabernaculum & uniuersam substantiam eius combusserunt, Iosue 7.

Anania

PRÆCEPTO.

41

Anania & Saphira subitanea morte perierunt, eo quod dimidium suæ pecuniæ suffurati essent. Acto. 5.
Neq; obscura aut leuia exempla sunt, Rapinæ ac facti de diuite, Luc. 12. & 16.

DE OCTAVO PRÆCEPTO.

Da octauum præceptum?

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

Hoc quid sit ediffere atq; explana?

Deum timere & diligere debemus, ne proximum calumniemur mendacij inuoluentes, neue prodamus, traducamus, aut genuino mordeamus, sed cum excusatem, bona de eo loquamur, omniaq; in optimam partem interpretemur.

Quid falsum uocas testimonium?

Cum e mentimur, ueritatemq; opprimimus, in iudicijs, & alibi.

Hoc quomodo intelligam?

Quando miser aliquis & innocens accusatur, falsiq; testibus opprimitur, ut luendo pœnas, aut de corpore, aut re, aut fama in periculum ueniat.

Deus bone quoties hoc fit?

Sanè quidem: vbi hodie quoq; respub. bene est constituta, non potest non ei peccato locus esse.

Qua id ratio est?

G

H. 16

DE OCTAVO

Hac nimirum: Vbi aliqua forma est reipub. fieri potest, quin pro huius mundi usitata consuetudine res agatur: nemo libenter potentio rem ledere sustinet, sed assentatur & loquitur ad gratiam, uictus aut nummis, aut spe, aut amicitia. Vnde fit, ut miser aliquis uictus & oppressus, causa cadere, ac poenas pendere cogatur. Estq; communis quaedam in mundo clades atq; calamitas, quod iudicio perraro presunt uiri boni & integri.

Quid in Iudice maxime requiris?

Cum primis necesse est, ut is, qui iudicis sancturum est officio, sit uir bonus, nec solum iustus, uerum etiam prudens, & perspicax, nec minori audacia & animi fortitudine praeditus, iuxta illud Exo. 15. Providebis ex omni populo uiros praestantes & timentes Deum, uiros ueraces, & qui auariciam oderunt.

Cur isthuc?

Qui enim in omnibus causis semper iuste iudicare, neq; uim aut iniuriam inferre iusticiae uoluerit, ei scilicet picule amici, affines, cognati, uicini, potentes ac diuites ledendi erunt & offendendi, qui multum illi aut prodesse aut obesse queant.

Quocirca omnino caecus sit oportet, ut clausis & auribus & oculis, nihil audiat aut uideat, praeterquam quae illi exponuntur, ut secundum illa ferat sententia.

Quo

Quo tendit igitur huius præcepti
constitutio?

Ad tria præcipue genera: Primum ad manifesta ci-
uilia iudicia, ut quiuis proximo in eius iure tuendo fe-
rat suppetias, neq; obstat, neue aliò malitiose torqueat,
uerum omnibus modis promoueat, illiq; interrite pa-
rocinetur, siue iudicis, siue testis personam obtinue-
rit, quecunq; tandem res in contentionem uenerit.

Deinde ad interius & spirituale iudicium, ne quis
aduersus proximum suum falsum loquatur testimoni-
um in causis matrimonij aut alijs, neue pios ac Euange-
licos cõcionatores heresios aut seditionis accusemus:
ne deniq; uerbum Dei turpiter & uirulenter lacre-
mus, insectemur, mendacij arguamus, peruertamus aut
depraueamus filiosq; Dei improbi condemnemus.

Tertio quod ad nos omnes pertinet, scilicet omne
peccatum lingue, quo famam proximi denigrare, aut
ludere possumus, hoc præcepto interdictum est.

Quid est falsum testimonium?

Nihil aliud quàm prauum oris, et lingue opus qua
proximus offenditur, hoc Deus uelitu uoluit et cautis.

Quàm latè hoc patet uicium?

Cõplectitur tria hominũ genera: Primũ falsos do-
ctores, qui uerbũ Dei peruertunt ac blasphemãt, tradi-
tionesq; humanas, ac doctrinas Demoniorũ predicãt.

DE OCTAVO

Secundo tangit quoq; corruptos Iudices & testis
qui propter amicitiam, gratiam, dona, ac largitiones
iniquas ferunt ac approbant sententias.

Tertio linguæ cuiusq; notat uirulentiam, cum proximo
obtrectamus, eius famam profcindimus, laceramus
ac incessimus, cumq; calūniamur ac iniquè traducimus
coram hominibus, quæ omnia perniosa, ac communis
quædam calamitas est in toto orbe terrarum.

Id, proh dolor, nimis uerum, ut quis
uis præoptet potius de alio audire mala
quàm bona?

In caussa est communis corruptela, ac insita naturæ
malicia.

Quid ita?

Quamquam nos ipsitanæ malicia præditi sumus,
ut ferre nequeamus, si quis mali aliquid de nobis spero
gat, sed quis malit potius, ut meras rosas (quod au
iunt) hoc est, optima quæq; de se loquerentur homi
nes, audire tamen nullo modo possumus, ut de alijs opo
tima prædicentur.

Quomodo ergo me comparem ut id uicij effugiam?

Proximum meum aperte iudicare ac obiurgare, ni
hi sit religio, si maxime peccare eum uideam, nisi prius
iudicandi ac puniendi potestatem concredidit accipere.
Qua

Qua ratione isthuc?

Quia plurimum inter haec duo interest. peccatum iudicare, & peccati esse conscius. Nosse quidem potest peccatum, uerum tuum non est, idem quoque iudicare. Proximum meum peccantem audire & uidere possum, uerum ut eundem quoque traducam apud alios, eius peccata palam faciendo, in mandatis non habeo,

Quid igitur faciam delicti conscius?

Nihil aliud quam ut obstructis ore & auribus sepulchrum relinquam in pectore, donec iudicis provincia tibi tradita fuerit, & officium puniendi commissum.

Quos uocas obrectatores?

Illi dicuntur obrectatores, seu quadruplatores, qui non contenti sunt delictorum esse conscij, uerum iudicandi quoque partes sibi sumunt, quod est solius Dei: Atque ubi quippiam expiscati de alio rescuerint, in omnes diffundunt angulos, passim deferentes, semet uoluptuose titillantes & perfricantes, alterius sordes mouendo, quemadmodum luulenta sus in caeno se uolunt, & rostrum saepe immergit.

Quid dicis Deo in iudicium & officium suum petulanter irrumperere?

Nempe iudicio omnium acerbissimo condemnare & punire.

DE OCTAVO

Quæ est tristissima sententia & gravissimum omnium supplicium?

Dicere: hic est fur, hic est homicida, Proditor, Hæreticus &c.

Nam quicumque tantum sibi sumpserit audacia, ut non uereatur, de proximo quidvis petulanter evomere, ille tantum sibi sumit, quantum Cæsar & omnes Magistratus sibi uendicant.

Qua id ratione sequitur?

Quamquam gladij potestate non usurpes, tua tamen maledica, mordaci, & uirulenta lingua uteris, quæ bñchans in proximum, eius famæ perpetuas iniuris maculat.

Quid in hoc Deus præcepto prohibet?

Ne quis alteram maledico dente carpat, aut alicui probrosc detraxat, etiamsi reus sit, & ille probe contemptum habeat, multò minus alteri struenda sum contumeliæ, quando nullius rei gnarus est, sed tantum ex auditu accepit & loquitur.

An non proferam cum uerum sit?

Minimè: Sed ad legitimum de feraiudicem.

At hoc ipsum aperto testimonio non possum euincere, unde periculum est, ne falso intentatæ calumniæ peccatas incurram?

Quid

Quid audio? Hinc scilicet illæ lachrymæ, hoc illud est quod pertinescis, quod si non tantum tibi fidis, ut coram ordinatis personis rem legitimè transigas ac respondeas, uide ut os tuum etiam apud priuatos competas digito.

At noui quidem, & compertum habeo?

Si conscius es, tibi scias non alteri: Vbi enim latius sparseris, etsi uerum fuerit, non nisi impudentior eris, cum uerum facere ne queas: nihiloq; ab improbo uilitatore, & per dito Sycophanta discrepas.

Qui sic?

Nemo enim per calumniam suo nomine, aut fama fraudandus est, nisi ante propalam damnatus & iudicis sententia ea despoliatus fuerit.

Quid igitur in hoc casu mihi faciendum?

Quicquid occultum est, & arcanum, hoc in occulto relinquendum est, aut occultè, quemadmodum audientibus reprehendendum, & quicquid sufficienti testimonio nondum satis manifestum est, hoc nemini reuelandum est, nec pro uero referendum.

Quid, si quis ad me ueniat proximum deferens?

Vbiq; in detractorem incideris alterius dicta ad facta

DE OCTAVO

facta cōtumeliose deferentiē, ac petulanter in quempiam
debachantiē, audacter huic in os obsiste, ut suffundatur,
ita futurū est, ut nō rarō aliquis suum os obstruat, qui
alioqui miserū aliquem in ora hominū pestifera detra-
ctione diffunderet, eas notas ac maculas inusturas,
quas egrē aut nunquam possit eluere. Præclari enim
nominis ac integræ famæ testimonium citō alicui eripit-
tur, sed semel ereptū, non perinde faciliē recuperatur.

Quo pacto igitur uicia legitimē
carpam?

Si ordinem in Euangelio præscriptum obserues,
ubi Christus inquit, Matth. 15. Si peccauerit in te frater
tuus, uade & argue eum inter te & ipsum solam, si te
audierit, lucratus es fratrem tuum.

Sin autem susurro quispiam mihi
quid de proximo retulerit?

Ad hunc modum doceto: ut eat, illumq; ipse corrip-
piat, si quid uiderit: sin minus, ut os à detractione
elatum teneat.

Sanè quidem fraternum hoc foret?

Non modò fratris, sed & prudentis officium, ut est
exemplo quotidiana rei familiaris procuratio. Ita enim
agere solet pater familiās, uidens seruum suum cessare,
nec suo fungi officio, ipse per se eundē obiurgat, & ad
monet officij.

Verum si tam uacors esset & amens animi, ut eo relicto & domi compressis (quod aiunt) manibus desistente seruo, in forum progressus, seruilem socordiam uicinis conquereretur, haud dubie ab ijsdem audire congeretur: Quid uero hoc nostra interest, o caput multis modis ridiculum? cur illi ipsi ista non exprobrant?

Quid promerear si id fecero?

Fratrem tuum lucrifeceris. Sine uero omnes monachos ac sacros ordines ad unum in unam massam conflatos prodiere, num tantam sibi laudem uendicare possim, se suis operibus uel unum lucratos esse fraterculum?

Qui sic?

Quia nullum habent mandatum Dei, quo freti gloriantur & triumphent: Sed tota eorum uita nititur humanis traditionibus, quae sunt uanae & inanes, iuxta illud Christi, Matth. 15.

Quid si peccatum manifestum ac omnibus notum est?

Quicquid manifeste liquet omnibus, hic neque oblationi, neque falso iudicio, neque improbis testibus locus relinquitur.

Cur ergo Papistae passim in mundo proclamantur?

Ipsi se falsa doctrina sua turpiter dederunt, & calumniae

DE OCTAVO

aiæ exposuerunt: Vbi autem peccatum manifestum est,
ibi non immeritò & poena manifesta illud consequitur,
ut quiuis exemplis monitus illud cauere possit.

Quæ igitur est summa & sensus huius præcepti?

Ne quis suo proximo, æquè amico atq; inimico lin-
gue maledica petulantia noceat, neque malè de eo loquatur,
siue uerum illud, siue confictum sit, cum neq; ex
mandato id faciat, neq; in usum aut edificationem pro-
ximi. Sed ita sua lingua utatur, ut eius patrocini-
um profit ac seruiat simul omnibus de uniuersis ac singulis
honorificam mentionem faciendo, ut illorum peccata
atq; defectus officiose contegat, amice excuset, suo in-
psius honore amanter exornet. Sicut natura idem docet
in membris eiusdè corporis tegendis, prima ad Cor-
inthios duodecimo.

Quid ibi Paulus docet?

Membra corporis inquit, quæ putamus ignobiliora
esse, his honorem abundantiorum circundamus, &
quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honestiorum
habent.

Quid hisce sibi uult uerbis?

Hoc significat: Faciem, oculos, nares, os, nemo con-
tegit, neq; egem ut uelentur. Cæteram infirmissimi
quæq;

quæq; quorumcunq; nos pudet si conspicerentur, illa
 omni studio conteguntur, atq; hic quidem manus, oculi,
 et unâ cum uniuerso corpore in hisce tegendis ac ue-
 landis occupati sum.

An ad eundem modum nobis
 quoq; faciendum?

Scilicet: Quicquid in proximo nostro parum fuerit
 honorificum et infirmum, hoc accurate exorne-
 mus, ac omnibus uiribus eius honori tuendo seruiamus.
 Et con-
 opitulemur, eius famam ampliorem faciamus. Et con-
 tra, quæquid illi possit aut ignominie aut dedecori esse,
 se, studiosè propulsemus.

Sanè quidem præclara hæc & illu-
 stris est uirtus, contra linguas uenena-
 tas atq; pestíferas, quibus id unice stu-
 dio est, ut si quid expiscati comprehē-
 derint, quod in proximo in reprehē-
 sionem queant rapere, illud pessimè
 interpretentur ac maliciose peruer-
 tant.

Sine ut eiusmodi sues lutulenti, qui in delicijs ha-
 bent aliorum sordibus ac delictis os suum eluere, animo
 suo morem gerant ac satisfaciant. Tu (si non manifesta
 fuerint flagicia) omnia in optimam partem interpreta-
 re, qui bonicè dixeris, ut est in uulgari dicto:

DE OCTAVO

Is uerè sapiens & doctus habetur ubiq;
Equi interpres qui cuncta boniq; facit,
Quam Deus poenam indixit falso
Sis testibus?

Iussit: Vt interficerentur.

Da exempla?

Duo senes iudices in Daniele propheta falsum perhibebant testimonium contra honestam matronam Sannam, ideo lapidibus sum obruti. Doeg & demetrius Pastor Saulis, prodidit Dauidam, & irruit in sacerdotum. Sed & Nob ciuitatem Sacerdotum, percussit ore gladij &c. Ideo in bello cum suo rege uno die cecidit. Iudei falsos producebant testes contra Christum & Stephanum, ideo confusi & in omnem terram dissipati sunt.

DE NONO ET DECIMO PRAECEPTO.

Quod est Nonum praecipitum?
Non concupisces domum proximi
tui.

Expone mihi sententia?

De amo timere & diligere debemus, ne hereditatem
vel domum proximi dolo malo captemus, & sub spe
sic

et recte nostris adijciamus facultatibus, sed operam de-
 mus omnibus modis, ut ista proximo sacra testam^{en}t^o ser-
 ventur, ac diligenter custodiantur.

Quod est decimum praeceptum?

Non desyderabis uxorem eius, non
 seruum, non ancillam, non bouem,
 non asinum, nec omnia quae illius sunt.

Et hoc mihi ediffere quid sitis

Deum timere & diligere debemus, ne à proximo
 uxorem, seruos, ancillas, uel pecudes auferamus, aut au-
 lienemus, sed potius adhortemur ut maneant, suumq;
 diligenter officium faciant.

Cui Deus haec posteriora tradidit
 praecepta?

Praecipue iudeis data sunt.

Qua de causa?

Quia in iudaismo serui & ancillae, non, ut nunc
 apud nos, fuerunt liberi, ut huic aut illi mercede con-
 ducti pro suo arbitratu, quam diu libuisset, seruissent,
 sed domino erant proprie mancipati, unà cum corpo-
 re & rebus omnibus, quemadmodum pecora, & relia-
 qua substantia.

Ad haec ea quoq; potestas in uxorem suam cui gen-
 rat libera, ut illam dato libello repudiij à se possit di-
 mittere.

DE DECIMO

mittere, ac aliam donum ducere. Iam in hoc uicissim inter se periclitabantur, ne quis alterius uxoris cupidus, sumpta alicui occasione, & suæ repudium renunciaret, & alteri suam ereptam, ipse aliquo modo consequeretur, quod apud Iudæos non uicio aut male uertebatur.

Sunt ne exempla in promptu?

Sunt, quidem: legimus de Herode Rege, duxisse eum sui fratris Philippi adhuc uiuentis uxorem, qui tamen bonus uir & honestus uideri uoluit, ut Marcus de eo testatur.

Ecquid ad Christianos quoque pertinet?

Haud dubie: nobis enim hic prohibitum, ne quis alterius familiam, seruum aut ancillam sibi conciliet & adiungat, aut ab eo alienet, qui mos nunc uulgo est frequentissimus, adeo ut non habeatur amplius pro peccato.

Quare tradidit hæc Deus, an non satis cautum fuit in reliquis?

Iudæi superiora octo interpretabantur tantum de externo opere, hæc uero posteriora duo de animi cogitatione tantum,

Qui sic?

Nisi quis ligneam aut lapideam statuam erexisset & adorasset

adorasset, non uidebatur peccasse contra primum
præceptum, si maximè totus animus in Idololatria oc-
cupatus esset.

Si quis non seruilis & laboriosa opera faciebat,
non uidebatur uiolare Sabbatum. Si non gladio occi-
debat, non in quintum præceptum peccasse uidebatur.
& breuiter, si quis modò manus abstinerebat, nulla habie-
bat ratione cordis affectuum, non existimabatur peccasse
in peccatum. Dicebant enim: qui non cædit uirum,
non tenetur præstare damnum aut periculum.

Quomodo autem hæc postero-
ra interpretantur?

Iuxta uulgare prouerbum: Cogitationes non sol-
unt uestigal, ut si quis uotum faceret & optaret: uti-
nam hæc mea esset uxor &c. iste uir, ancilla, bos, asinus,
domus, agri, uinea, que uota & appetitiones non iudi-
cant esse peccata.

Num igitur hæc interpretatio est
germana?

Non sanè: Deus enim inquit, non concupisces,
hoc est, non expetes uxorem, domum, aut res proximè
&c. At qui affectus & appetitus non in manibus, si-
gnis aut gestibus sunt, sed in intimis cordis penetrali-
bus. Sic Christus interpretatur, Matth. 5. Quicumque
aspexerit uxorem alterius ad concupiscendam eam,
iam

DE DECIMO

iam adulterium cum ea commisit, in corde suo.

Quid istis Christus innuit uerbis?

Vult significatum: Quando cor impurum & contaminatum est, prauam libidinem & cupiditatem concepit, iam totus homo peccato obnoxius est: puro uero, & integro corde manente, totus homo immaculatus erit.

Vt audio, omnia Dei præcepta in animo fundata sunt?

Sic est: Qui non animum inducit & applicat, ut assentiatur Idololatriæ, periurio, inobedientiæ erga parentes & Magistratus, in cædem, furtum, adulterium, facti non reus tenetur. Vbi uerò uoluntatem accomodat, iam perfectum est peccatum.

Quid propriè hic præcipitur?

Ne damnum proximi desideremus, neq; ad id adiutores simus uel re uel cõsilio, caussam nocedi pximo suppeditantes, uerùm ut ei, quicquid habuerit, candidè faciamus, sinamusq;: Adhæc ut omnibus officijs promouentes, ab iniuria quoq; res eius defendamus, quemadmodum cupimus idem ab alio nobis fieri & contingere.

Quid potissimum declarant hæc duo præcepta?

Corruptam adeo naturam nostram, quòd quàm diu hic in terris, carne & sanguine uigente sumus, nihil aliud

aliud præterquam peccare possumus. Nemo enim hominum in terris unquam tam sanctus fuit, aut futurus, qui coram Deo gloriatur, se puro & integro esse animo, & immunem ab omni prauo impetu, affectu & concupiscentia.

Quo id probas testimonio?

S. Ioann. ait, Si dixerimus: peccatum non habemus, Deum mendacem facimus, & ueritas in nobis non est.

Et S. Paulus: Noui quòd in carne mea nihil boni est etc.

Nunquid homo octo superiora præcepta seruare poterit?

Sane quidem: Pius ac liberalis homo diuina fretus gratia, octo superiora præcepta more hominum seu exterius, adimplere poterit, cum prauas animi libidines, uerba & facta reprimat, ac coercet oculos, os, linguam, & omnia membra à peccatis custodit, à uetito uisu, auditu, uerbis, ac operibus abstinet. Verum hæc duo posrema nemo mortalium omnium, qui uiuunt, perfecte adimplere poterit.

Qui sic?

Quia radix peccati ab Adam propagati perpetuo in carne durat, ea quandiu superest, alium fructum ferre nequit, quam peccata, malos impetus, affectus, ac cupiditates. Quoad arbor restat, fructus profert tales, qualis ipsa sua est natura, bona aut mala.

H

Quam

DE DECIMO

Quamdiu hæc mala radix in
carne manet?

Donec in pulueres & cineres homo redigatur, tunc
primum uetus Adam extinguitur, & prauorum assen-
sum radix euellitur, deletis omnibus peccatis.

An necessum igitur hominem
in pulueres redigi.

Admodum: Prima enim in natiuitate corrupti pro-
dit in terris. Sicut figulus ollam non ex sententia fabri
factam condit in figulina fouea, sed in nouissimo die no-
uos ac diuinis usibus accommodos finget ac formabit ad
uitam æternam.

Quibus in rebus maximè locum
habet hoc præceptum.

In uulgaribus illis ac publicis cõmercijs, & cõtracti-
bus ubi alter alteri è manibus aliquid prompta quadã
astutia eripit, ut alteri illi tanq̃ lupi hianti discenden-
dum sit, aut alioqui alterum iniqua contractione obrua-
it & urget, nonnulla spe lucri, aut emolumenti ad se re-
dituri conspecta, quam alter ille, aut pressus necessitate,
aut æris alieni magnitudine uictus, sine dispendio obtinere
aut assequi non potest, ut dimidium, aut etiam
amplius dimidio lucrifecerit: Neq; tamen hoc iniqua
partum, aut ui ereptum, uerum iustus uult haberi con-
tractum.

tractus. Hoc non est aliud, quàm quod Terentianus Le
no loquitur: potior est qui prior ad dandum est. Et quis
que sui emolumenti rationem habeat, foroq; utatur, nō
admodum sollicitus, quid proximus habeat.

Hæc mundus non iniusta, sed in-
dustriam esse iudicat.

Nil moremur mundi iudicium, sed sciendum Deum
nolle, ut tu aliquid detrahas proximo, quod suum est,
ut ille egeat, tuq; tuæ seruias auaritiæ, & si illud, non
contradiciente mundo, honorificè retinere possis. Est
enim occulta quædam & insidiosa Sycophantia, qua
(quemadmodum dicitur) fucum fecisti proximo, ne sen-
tire possit. Quod Deus inultum haud patietur.

Quamobrem id?

Ipsè enim Deus fraudulentum pectus & mundi hu-
militatem acutè perspicit, quæ, ubi uel lati digiti li-
bertatem consecuta fuerit atq; licentiam, mox omnem
modum excedit licentiæ, ac deniq; perrumpit in aper-
tam uim atq; iniuriam.

Quomodo contra hæc præcepta
peccatur?

Cum dolet animo proximum tuum honestam habe-
re uxorem, pulchros ac uegetos liberos, probam ac fi-
dam familiam, seruos, ancillas, benè constructas ædes,
amœnas habitationes, pecora, pingues boues, secundas

DE X. PRAECEPTO.

uaccas, oues, sues, fertiles agros, hortos, prata, & in
inuides illi, mallesq; ipse ea habere, nihil sollicitus
proximo tuo, iam Dei mandatum praeuicatus es.

Equidem arbitror uix ullum inueni-
ri hominem, qui non aliquando hisce
sollicitetur affectibus: O si mea ista
esset uxor, istae aedes, res, & caetera.

Rem acu tetigisti: Non facile inuenies multis mili-
bus unum, qui non aliquando has cogitationes habeat.
Ideo omnes in uniuersum necesse habemus, ut nos pec-
catores fateamur. Deum oremus, ut nos sancto suo spiri-
tu donet, qui in fide utrinq; foris & intus bonos, iustos
ac saluos nos faciat.

SECUNDA PARS.

Secunda pars Christianae do-
ctrinae quid continet.

Continet fidei confessionem.

Quid est fides?

Est fortis fiducia ac certa repromissio rerum spe-
randarum, absq; ulla dubitatione, de non apparenti-
bus, Heb. 11.

Vnde ducit originem fides?

Fides non nostra actio, opus aut negocium, sed Dei
donum est, ac munus sancti spiritus, quod impertit non
sibi Deo

Deus per prædicationem Euangelij. Nam Euangelium instrumentum est, quo Deus sanctum spiritum in corda nostra transfundit, ita ut deinde erumpamus in opus, bonosq; fructus fidei feramus.

Cui rei seruit, seu destinata est fides?

Fides, tantus ac tam diues est thesaurus, ut multis rebus sit accommoda.

Primum enim declarat, quid à Deo nobis expectandum & accipiendum sit.

Deinde: ut inde Deum discamus cognoscere, quòd nobis seruire ac prodesse debet, ut id ipsum facere queamus, quod iuxta decem præcepta facere cogimur.

Tertio: ut sit nobis loco clypei, quo excipiamus igni-
tatele Sathane, Ephe. 6.

Quarto, fide consequimur remissionem peccatorum,
pacem & gaudium conscientie.

Quinto, fide consequimur fortè et imperterritum animi, qui multa patientia omnes perfert tribulationes.

Sexto, consequimur fide omnis generis dona ac bona, cum temporaria tum externa, & tandem hereditatem filiorum Dei, ut cohæredes fiamus æternæ uitæ.

In summa, fides tam est res præsens et efficax, ut credenti nihil sit impossibile, Marc. 6. Nouos efficit homines ex nobis, ut coram Deo accepti ac iusti habeamur.

Quot sunt fidei articuli?

SYMBOLVM

Duodecim, iuxta uulgarem diuisionem quibus subscripserunt omnes Christiani per totum orbem dispersi.

Recense articulos.

Credo in Deum patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

Et in Iesum Christum filium eius unicum, Dominum nostrum.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus.

Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Credo in Spiritum sanctum.

Sanctam Ecclesiam Catholicam, communionem Sanctorum.

Remissionem peccatorum.

Carnis resurrectionem.

Et uitam æternam, Amen.

Quis

Quis hosce condidit articulos?

Quis in compendium & ordinem redegerit non satis constat, Cyprianus autem & Ruffinus Apostolos auctores faciunt, qui priusquam in uniuersum mundum diuisi essent ad prædicandum Euangelion, hanc breuem summam totius Christianæ doctrinæ cõplexi sint, quã concordés ubiq; mundo traderent. Neq; multum inter est, siue Apostoli, siue successores eorum auctores sint, in nulloq; ponitur discrimine. Præclarum enim & doctum est opus. Compendio enim isti comprehendunt articuli, quicquid de Deo sciendum est. Atq; hic superbis ingenijs ac fanaticis modus præscriptus seu constitutus, ut intelligant, quousq; in cognitione Dei progredi possint. Ita ut nemo ulterius pergat scrutando diuinam maiestatem, quàm quatenus scriptura aperit ac tradit.

Quid in summa docet fides?

Docet quæ sit Dei patris, Filij, & Sancti spiritus essentia, uoluntas & opus. Nimirum Patri adtribuitur Creatio, Filio liberatio, Sancto spiritui sanctificatio: perinde ac si fides quàm breuissimè tot uerbis comprehensa esset:

Credo in Deum patrem, qui me creauit,

Credo in Deum Filium, qui me liberauit,

Credo in Spiritum sanctum, qui me sanctificat.

Quid, an hæc fides necessaria?

SYMBOLVM

Tam est necessaria hæc fides, ut sine ea nemo saluus fiat, Marci ultimo. Nã sine fide impossibile est Deo placere. Hebr. 11. Ideo necessum quoq; hos articulos animis inscribi, & firmissimis scripturæ testimonijs muniri, ne diabolus eos ullis insidijs, mendacijs, falsis dogmatibus, et hæreticis subuertat. Nec satis est numerare, ex libris recitare, aut ore decantare, sed insculpendi animis, ne lingue innatent modò, uerum in imo corde uita tam, ac uires accipiant, & in opus deniq; prorumpant, ut nostris tēporibus ac in afflictionibus, ex omni se parte ostendant, & moderentur officia.

An hæc quoq; fides tentatur?

Et maximè: Quinquàm enim credendi initium feceris, attamen semper infirma & imperfecta est fides, leuiterq; labefactatur ac euertitur. Ideo uerbum Dei apprehendendum assiduò, idq; audiendum, meditandum, ac religiose, sine interuallo ad usum applicandum. Nam mundus, caro nostra, & Sathan, non cessant, sed perpetuò insidias moliuntur, ac sollicitant ad peccata & defectionem à Deo, quæ est desperatio. Oportet igitur nos paratos & armatos esse, Christum per fidem apprehendere, ac animis imprimere. Nam scilicet à designatis peccatis, conscientia grauatur, ac debilitatur, Dei iram & inelemtiam reformidans. Jam Christus nobis mox arripiendus, & cogitandum: Age, cum in profundissimis haerere peccatis, iraq; Dei oppressus

oppressus & sepultus iacerem, Christus me a calamitate ac miseria rationem habuit, se interponens in medium irati patris, cuius iram placavit pro meis peccatis satisfaciens, Patremq; mihi reconcilians. Quanto magis nunc mei curam suscipiet & aget, siquidem totus ab ipso pendeo, cordis fiducia cum complectens.

PRIMVS ARTICVLVS.

De primo articulo.

Credo in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

Hoc mihi ediffere paucis.

Idem fuerit ac si dicas: Omnem meam spem, fiduciam, ac certitudinem pono in Deo, & certus sum, nec dubito eum & posse & uelle me iuuare.

Quid est Deus?

Deus est infinita essentia, qui cuncta uno uerbo condidit, & hodie quoq; conseruat, & à quo omnia bona nobis polliceamur, ad quem refugium & asylum habemus in omnibus necessitatibus.

Quot sunt Dii?

Non est Deus præter unum, Deutero. 6.

Sed multa sunt idola. Nam quicquid sibi hominis animus in fiduciam uendicat, præter uerum & immortalem Deum, ut sunt Pecunia, Fortuna, potentia, Gloria, artis, & similia, id est Idololum.

H

Quot

SYMBOLVM

Quot sunt personæ?

Tres: Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Atq; hæ tres personæ ὁμοῖοι, seu eiusdem diuine essentie sunt, pariter immense, coeternæ, omnipotentes, eiusdem Maiestatis ac gloriæ.

Quare Deum Patrem appellas?

Eò quòd me sibi in filium adoptauit, paternamq; beneuolentiam ac pietatem promisit. Neq; per Iesum Christum filium suum dilectum heredem omnium bonorum instituit. Ac certò scio quòd meus est pater, & uult mecum agere pro sua paterna clementia, & misericordia, sicut parens suum complectitur filium.

Qualis uox est pater?

Pater est uox plenissima consolatione, nouit enim Christianus per uerbum edoctus, ubi sua hereditas, Patria, & bona. Si enim Deus Pater noster est, nos certè eius heredes reputamur, Isa. 64. Domine, tu es pater noster: nos sumus lutum, tu uerò es formator nostri, & nos omnes sumus opus manus tuæ. Ideo oramus quotidie: Pater noster, qui es in caelis &c.

Cur dicis omnipotentem?

Quia omnium rerum potitur, & nemo quicquam contra eum ualet efficere. Quem tuetur, is saluus est: quem uero deserit, is perijt. Cuncta enim in sua manu & potestate habet, deo in scripturis sacris dicitur Deum

Deus Zebaoth, hoc est, Deus exercituum.

Quare dicis, Creatorem?

Opera manuum eius uersantur ob oculos, nempe Cælum, Terra, Mare, & omnes quas condidit creature adsum, ac testantur ipsum esse Deum, qui hæc omnia ex nihilo creauit, & hodie quoque conseruat, id quod nullapotes creatura.

Quid hic primus articulus de creatione docet?

Hic articulus docet te quid sis, & unde originem traxeris, Imò unde Cælum ac terra & omnes creature proueniam. Tu es Dei creatura, Dei structura.

Hoc est: à te ipso nihil es, nihil potes præstare, nihil nosti, nihil polles uiribus. Quid enim ante mille fuisse annos? Nihil: Quid cælum & terra ante sex mille annos fuisse? Nihil: Quicquid autem es, scis, polles, ac poteris, id Dei est opus & figmentum. Ideò coram Deo gloriari non poteris, nisi quòd prorsus nihil sis. Verùm Deus tui creator, ac conseruator est, qui te singulis momentis ad nihilum redigat.

Quæ tandem summa totius huius articuli?

Credo me habere Deum, qui & benignus & misericors est. Nam à bonitate sortitus nomen apud nostrates, Atque is tam bonus Deus, est mihi Pater, nec

DE X. PRAECEPTO.

me uult aut patietur desertum. Mei curam agit, & habet, sicut pater sui filij: iuxta illud, Omnis in Aescanio chari stat cura parentis. Suam erga me beneuolentiam ac bonitatem declaraturus, id quod ex animo praestat mihi non bene merito.

Adhaec omnipotens est, cui me tutandi ac conseruandi non deest facultas.

Omnium enim rerum moderator, & omnia forti

Obtinet ipse manu, quae regit arbitrio,
Nemo ferox quamuis potis est satis arma tulisse

Impia contra illum, uictor ubiq; ualet.

Est creator caeli & terrae. Opera enim manuum eius
ut Coelum, terra, montes, ualles, homines, & iumenta,
adhuc supersunt. Ideo credo ac confido illi, omnemq;
spem ac fiduciam in eo pono, ut in omnipotenti & eter-
terno Deo.

Eademq; opera Sathanae & omnibus operibus eius
ut insidijs, dolis &c. renuncio. Omnibus cultibus Ido-
lolatricis, incantationibus, superstitionibus, & alijs Sa-
thanae machinis ac phantasmatis. Neq; unquam in ulla
creatura, siue ea in caelo siue in terra sit, neq; in meo
pso, neq; deniq; in potentia, artibus, partibus, fortunis,
opibus, aut quicquid forte contingat, sed in uno & so-
lo inuisibili misericordi immortalisq; Deo, qui caelos
& terram creauit, omnibusq; creaturis superior est, fi-
duciam locoabo. Et si maxime peccato obnoxius ab omni-
bus

bus hominibus spreus & desertus uidear, non tamen
 animum abijciam, quo minus credam, me Deo curæ &
 cordi esse. Nec esse enim animi fiduciam elatam super
 omnia uicia & uirtutes, imò supra omnia quæ sunt &
 non sunt, inq; solo Deo firmam & fixam manere. Ea
 in fide uiuam ac moriar: quod mihi largiatur Deus opo-
 litimus maximus, Amen.

SECUNDVS ARTICVLVS.

Da secundum Articulum?

Credo in Iesum Christum filium eius
 unicum, Dominum nostrum.

Hoc quid sit paucis expone?

Omniem spem ac fiduciam animi certificati in Iesu
 Christo, nimirum filio Dei pono, per quem nobis Deus
 placatus, ac propitius, piusq; pater factus est.

Siquidem Christo fidendum,

Deum esse necesse est?

In confesso est. Verum esse Deum, æquè celsum, æ-
 ternum, omnipotentem, ut Patrem. Quæcunq; enim
 ille fecerit, hæc itidem & filius facit. Et sicut pater sus-
 citat mortuos, & uiuificat, sic & filius, quos uult uiui-
 ficat, Ioan. 5.

Et breuiter: Omnia sibi diuina arrogat opera, et eon-
 dem quo pater dignatur honore, uult coli, seq; ubiq;
 equalem facit patri, Sicut Athanasius in suo docet Sym-
 bolo.

CUX

SYMBOLVM

Cur Iesum appellas?

Credo hunc filium Dei, meum esse Iesum, meum seruatorem & Saluatorem, nec est aliud nomen in quo saluus sum præter hoc nomen Iesus, Acto. 4.

Quid hæc uox significat?

Iesus significat Seruatorem & saluatorem, qui in tempore nobis adest, liberat à Diabolo, Morte, peccato, & inferis: & tandem saluos facit in se credentes, ut exponit Angelus, Matth. 1.

Quare Christum nominas?

Equidem credo hunc esse Christum, Messiam, unctum Regem, & Sacerdotem, quem Prophetæ prædicarunt, quem Ioannes digito monstrauit, & in Iordane baptizauit, Ioan. 1.

Quæ est appellationis ratio?

Xp̄i's significat unctum, Deus enim pater hunc præ alijs spiritu sancto perfudit. Estq; summus solusq; unicus, Dominator & gubernator, Saluator & redemptor noster, qui æternum nobis præsto & præsidio erit, unde nomen inditum, Act. 11.

Quare dicis, filium eius?

In hoc uocabulo filius, uia ad patrem monstratur, Io. 14. Nã Deus pater sublimis in coelis sedet atq; eius diuina natura longè remotior & abstrusior est, quam

ne humana ratio eam perscrutari queat. Ideo ad nos suum misit filium in hunc mundum, qui esset expressa imago & illustris, diuinæ benignæq; uoluntatis ac gratiæ. Nemo enim nouit Patrem nisi filius, & cui filius reuelare statuit; Matth. II. Et Ioan. I. Nemo Deum uidit unquam, unigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit.

Quid est ergo Christus?

Est arrabo diuinæ beneuolentiæ, gratiæ ac amoris, quem Deus pater nobis dedit pignori, ut de sua promissione certiores redderemur. Etsi enim Prophetæ, Angeli, aut homines, Dei nobis gratiam promittunt, et denunciam, semper tamen animus, hæret inter spem, et metumq; dubius, nec acquiescit conscientia, perpetuoq; ueremur, ne inani spe fruamur.

Sed postquam in terras uenit is qui charissimus pateris est filius, quiq; diuinam mentem habet perspectissimam, datq; fidem patrem nobis propitium fore, iam animus consequitur certam consolationem & spem, credit, & amplius non dubitat.

Cur dicis, filium eius unicum?

Fatemur nos quidem Deum patrem, unicum, qui germanus natura & uerè sit illi filius, Iesum Christum habere, sed multos adoptiuos & designatos. Quando uerò Deus Pater nihil quicquam habet cha-

SYMBOLVM

ruius suo unico filio Iesu Christo, eūq; nobis dono dedit,
in q; mortē tradidit, consentaneū est ipsum nos quoq;
fauore & gratia complecti, ut D. Paulus colligit Ro. 8.

Cur dicis, Dominum nostrum?

Noui equidem omnium ipsum esse rerum domina-
num Matth. ultimo & quod me sua dextera defen-
dabit, tutumq; ab omni malo reddet.

Quo pacto factus est Dominus?

Per suam passionem, mortem, resurrectionem, &
ascensionem. Nam cum à peccatis sub Diabolo captiui
teneremur, aduenit Christus, suaq; morte uicit Satana-
nam, Mortem, Peccatum, & Infernum, liberauit ac re-
demit nos à potestate & Tyrannide Diaboli, ut testatur
D. Paulus. 1. Corinth. 6. Non uestri estis iuris, siquidē
magno empti precio.

**Quæ deniq; est summa huius
articuli?**

Credo Deum patrem omnipotentem, creatorem cae-
li & terræ, unicum habere filium Iesum Christum, ab
eterno genitū, qui ipsi charissimus est, quem in nouissi-
mis diebus mihi & toti humano generi bono salutiq;
indutum hominem misit in terras, quo nobis paternam
ac diuinam beneuolentiam exponeret. Et credo eum
dem filium Dei Iesum Christum meum factum Domi-
num, qui me liberatum à Diabolo, Morte, Peccato, In-
feris

ferno, & omni malo in libertatem liberali causa manu
asseruit.

Vnde id scis?

Cum primi parentes nostri à Deo puri ac innocen-
tes creati essem, omnisq; generis bonis exornati: accessit
Diabolus, eosq; suis diabolicis technis in apertum re-
bellemq; Dei inobedientiam, Mortem & omnia peri-
cula pertractos coniecit, adeò ut in eius indignatione
iaceremus, ultra quatuor milia annorum, perpetuè da-
mnationi adiudicati, ueluti culpa nostra promerueramur.

Hic nulla amplius erat relicta spes aut recuperan-
dæ gratiæ, aut consilium adipiscendæ salutis, aut auxi-
lium placandi patris, aut consilium ignoscendi delicti,
donec ille immortalis patris, immortalis filius cala-
mitosam miseriam & exilium nostrum, sua profundissi-
ma bonitate miseratus, de cœlo nobis opem laturus de-
scendit, nosq; ab omni & peccati & mortis & c. Diabo-
li captiuitate in libertatem adoptionis suæ asseruit.

Sunt igitur hostes illi à Christo deuicti?

Sanè quidem: Hosce Tyrannos Christus deuicit nos-
træ miseris ac perditos peccatores ex inferorum faucibus
eripuit, asseruit, & in libertatem uendicauit, inq; in
grati patris fauorem & gratiam placata eiu indigna-

SYMBOLVM

bione restituit, ac tanquam in possessionem suam, & in
telam nos suscepit, ut nos sua iusticia, sapientia, potentia,
uita ac foelicitate regeret, ac tanquam potens Dominus
& saluator in pace, ad finem usq; custodiret, ac
conseruaret, uti sequentes articuli declarant.

Quid subsequentes articuli sibi
uolunt?

Quinq; sequentes articuli de Conceptione, Natiuitate,
Passione, Morte, Resurrectione & Ascensione
nihil aliud sunt, praeterquam declaratio huius nostrae
liberationis. Nempè quomodo & per quem confes-
sus sit, hoc est, quantum Christum constituerit, & quid
pro ea impetranda insumpserit, ut nos à Diaboli regno
creptos recuperaret, suaeq; ditioni subijceret aeterna
uitae initiatos, Amen.

TERTIVS ARTICVLVS.

Quis est tertius Articulus?
Qui conceptus est de Spiritu sancto,
natus ex Maria uirgine.

Quid uocas conceptum de Spiritu
sancto?

Credo Christum non ex uiri semine, more hominis
num in peccatis, & naturali modo, uerum de sancto Spi-
ritu supra naturam absq; peccato conceptum esse.

Vbi id scriptum extat?

LUCO

Lucæ 1. Cum audiret Maria Angelicam salutatio-
nem, quod Mater Dei esset futura, quæ fuit ex Ange-
lo quo pacto isthuc fieret. Respondit Angelus: Spiritus
sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obum-
brabit tibi. Quæ propter & sanctum quod ex te nascen-
tur, Filius Dei uocabitur. Perinde ac si diceret: ipse
Sanctus Spiritus hic architectus erit, formaturus ex na-
turali, pura, uirginaliq; tua carne & sanguine, nobile
ac purum corpus Christi, in solatium & salutem uni-
uerso humano generi.

Vbi locorum Christus conceptus?

In ciuitate Nazareth, Galilææ regionis.

**Quid uocas, natum ex Maria
uirgine?**

Credo Mariam matrem Christi, non ut alias mulie-
res contaminatam, uerum immaculatam, castam, tenel-
lamq; uirginem mansisse, ante partum, in partu, &
post partum.

Vbi nam Christus natus?

In Bethlehem Iudææ, in diuersorio, pannis inuolu-
tus, & reclinatus in præsepio, quo fidelibus omnibus
animabus pabulum, & alimentum esset.

Quare nasci uoluit?

Vt qui inuisibilis, & incomprehensibilis est Deus,
nobis qui in terris degimus hominibus, conspicuus, &

SYMBOLVM

sensibus perceptibilis fieret, eam ob rem uoluit homi-
nasci.

Quare paruus puer natus?

Quo nos à sublimioribus & subtilioribus de diuina
Maiestate speculationibus auocaret, & ad exiguam
crucis formam assuefaceret, & ad exiguam
tuò nobis altiora. Heremus quidem hic in profundo
luto, & querimus ea quæ sunt supra nos. Sed Deus nos
ster in altis habitat, & humilia respicit, ut nos doccat
eò quoq; referre & desigere oculos, quo ipse intentos
habet: & admoneat modestiæ.

Quare conceptus de Spiritu sancto,

& natus ex Maria uirgine?

Quo uiciosam conceptionem & natiuitatem nos-
tram sanctificaret, & purificaret, & nos, qui in peccatis
concepti & nati sumus, à maledictione liberaret.
Necesse enim fuit nouum & singularem concipi & na-
sci hominem, qui uicium & delictum immunda & ma-
ledictæ conceptionis & natiuitatis nostræ (ab Adamo
in nos propagatæ) tolleret, suaq; pura conceptione, &
natiuitate benediceret & sanctificaret.

Itane necesse fuit Virginem concia-

pere & parere?

Sanè quidem: Talem conceptionem & natiuitatem
oportuit adesse, quæ immaculata, incontaminata, &
sine

sine peccato esset, nec non maledictionis expers, imò
ubi uerus fauor, gratia, castitas, puritas, & ex omni par
te felicitas esset.

Quid, an hæc admiranda conceptio
& natiuitas Christi in Veteri quoque
Testamento prædicta?

Sane uerò: Primum Adæ, Deinde Abrahamo &
Isaie p̄phetæ fuit demonstrata.

Vbi Adæ?

Gen. 3. Loquente domino post lapsum Adæ, ad ser-
pentem: Et inimicitias ponam inter te & inter ipsam
mulierem, inter semen tuum & inter semen illius, in
ipsum conteret tibi caput.

Quid hæc sibi uult concio?

Duo complectitur: Primum, hoc semen natiuum fo-
re puerum mulieris, & quidem uirginis, quæ præter
uir operam concepisset & peperisset, nihilominus le-
gitimæ & genuina mater futura.

Secundum, hoc semen benedicendum & libertate
donandum supra alios homines. Adeo ut sine peccato,
& macula Diaboli potentiam infringat & eripiat, ei-
usq; caput pedibus conculcet. Ipsum enim (non ipsa)
conteret, inquit, caput tuum. Sic habet Hebraica uerim
tas, ac sic legunt Ireneus & Cyprianus.

Vbi Abramo?

SYMBOLVM

Gen. 22. In semine tuo omnes gentes benedicentur.

Quid hæc docet promissio?

Hoc docet, primùm Mariam puram esse uirginem, nam si Christus filius eius benedictus fructus dicitur, qui omnes maledictiones tollat, non ex uirili semine natum oportuit.

Si enim ex uiro, naturali more genitus fuisset, iam filius Adæ esset, filius iræ & maledictionis, atq; sic eius conceptus ac ortus, non sine labe fuisset.

Vnde consentaneum ipsum alijs hominibus benedictionem afferre non posse.

At nunc quidem Christus germanus ac genuinus mulieris filius, sceminei corporis fructus, non tamen secundum naturam, uerùm de Spiritu sancto conceptus, & absq; uiolatione, cum corporalis tum spiritalis uirginitatis Matris Mariæ, in hunc natus Mundum plenius gratia, salute, beatitudine, quæ effundit & imperat omnibus ipsum accipientibus.

Vbi Isaia?

Isaia 7. inquit S. Spiritus, ipse Deus nobis signum daturus. Ecce uirgo (Alma) impregnata, & pariet filium, quem uocabit Emanuel.

Quid significat hæc uox Alma?

Alma, Hebræis significat ancillam, non quales sunt famulae. uerùm adolescentem mulierem, innuptam & illibatam.

tributam, quæ aperto capite honestè coronam gestat,
sicut soror Mosi quoq; Alma erat, Exod. 3. Itidem Re-
becca cum adhuc uirgo esset. Ita quoq; scriptura Mariã
matrem Christi, Alma, hoc est, castam, puram, inuola-
tamq; uirginem ante partum, in partu, & à partu appel-
lat. Et audit ab Angelo salutante ipsam: Dominus tecum,
nuncupatq; benedictam inter omnes mulieres.

Quæ est forma salutationis An-
geli Gabrielis?

Sic habet: Aue gratiosa, Dominus tecum: benedicta
tu inter mulieres, & benedictus fructus uentris tui.
Luc. 1.

Licet ne Mariam hisce uerbis
salutare?

Quid ni liceat, suo enim in hymno qui inscribitur
Magnificat, canit sic: Quia respexit humilitatem an-
cille suæ: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes ge-
nerationes. Hoc uaticinium necesse est adimpleri.

Quamobrem nobis salutanda?

Vt in memoriam subinde reuocemus summum ac di-
uinum opus salutiferæ natiuitatis Christi, ante annos
mille quingentos & XLIII. factæ.

Etnos pro tanta ac tam præclara erga nos gratia ac
pietate, Deo ex animo gratias agamus.

Iam nisi enim natus puer hic cum luce fuisset

SYMBOLVM

Nobis, nulla quidem concipienda salus.

Est generi humano toti memoranda saluti

Hæc genesis, chorus ut fulgidus ipse canit.

Quid ergo Deus in hac conceptione & Natiuitate Christi beneficij nobis contulit ?

Sane disertè declarauit, & quasi sensibus subiecit amicum se nobis esse, à quo optima quæq; nobis pollicemur & expectemus, siquidem tam profunda erga nos tactus misericordia, ut nostræ calamitatis in suo omnium dilectissimo ratione haberet filio, ac perinde ut sua cõsuleret, sic enim inquit Isaias, ca. 53. Nostras infirmitates in se suscepit ferendas &c. Imò humanæ naturæ assumptione noster frater est factus, nosq; coheredes regni cœlorum instituit.

Quæ tandem integra summa tertij huius Articuli

Credo Iesum Christum filium Dei unicum, Dominum nostrum, propter me omniumq; hominum salutem descendisse de cœlis, & de Spiritu sancto, circa matrem humanam aut carnale opus, absq; corporeo patre & uirili semine, natum ex pura uirgine Maria, saluum eius corporea, ac spiritali uirginitate, ut secundum cõfilium paternæ pietatis meam & omnium mortalium in ipsum credentium, flagiciosam, carnalem, impu-
ram

APOSTOLORVM.

nam, & inexpiabilem alio qui conceptionem, & natiuitatem expurgaret, & benedictione ornaret, quod certo est certius.

QVARTVS ARTICVLVS.

Quis est quartus Articulus?
Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus.

Quid hic in se complectitur Articulus?

Septem notiones notatu dignas. Quare Christus passus sit, Quo tempore, Vbi locorum, Sub quo Iudice, Quid passus sit, Quomodo mortuus sit, & sepultus.

Cur Christus est passus, quid causæ erat?

Lapsus primorum nostrorum parentum Adæ & Eue, quod peccatum in omnium hominum posteritatem propagatum est. Quando uerò nemo hominum reliquus erat, qui iram Dei placaret, oportuit Christum Dei filium uenire, & patrem reconciliare, suarq; passionis & morte nostra peccata expiare.

Quo tempore passus est?

In ferijs Paschatis, quæ Iudeis ex mandato Dei quotannis celebranda, in memoriam transitus Domini dum omne primogenitum in Ægypto occideret, & Iudeos forti brachio e domo Pharaonis grauisimæ seruitutis

SYMBOLVM

uitutis educeret. Vt igitur aliquam referant gratiam Deo, dulcissimum illi trucidant crudelissimè filium, oportet tunc, scilicet infesto, cum meritò maximas egissem gratias pro acceptis beneficijs.

Vbi locorum passus est?

Ierosolymis in Metropoli Iudæe regionis, ubi uniuersa Iudæorum gens, cum Ecclesiastici tum ciuiles magistratus congregati erant.

Sub quo iudice passus est Christus?

Sub præside Pontio Pilato, quem Cæsar Tiberium Iudæe præfecerat.

Cur sub Pontio Pilato?

Vt adimpleretur id quod Christus prædixerat: Tradetur gentibus & condemnabunt eum morte, Matth. 20. Et ut constaret certitudo Hystoriæ, quo sub Iudice & Cæsare Christus passus sit.

Quid uero passus est?

Triplicem passionem sustinuit, primùm spirituales afflictionem in horto, cum mortis certamen subiret, & afflictim oraret, unde & sudor illius instar guttarum sanguinis in terram decidit. Luc. 22.

Secundò corpoream passionem, dum flagris examinaretur, coronaretur & crucifigeretur, in ædibus Annæ, Cayphæ, Pilati, & Herodis.

Tertio mixtum dolorem spiritus & corporis. In

cruce, ubi corpus eius intensum, quemadmodum fides
 in musico instrumento fuit. Manus uero & pedes eius
 perforati, & obtusis clauis affixi, & nihilominus in sum-
 mis cruciatibus & doloribus eius, Pontifices, Pharisei,
 & Scribæ prætereuntos triplici imagine tentabant eum:
 nimirum mortis, peccati, et inferorum, cum clamarent:
 Alijs fuit auxilio, sibi ipsi opem ferre nequit. Si est Rex
 Israël, descendat nunc de cruce, et fidem ei habebimus.
 Confidit in Deo, liberet eum nunc, si uult eum: Dixit
 enim: filius Dei sum.

Quomodo mortuus est?

In cruce, probrofissima morte, ut inquit Moyses,
 Deut. 21. Maledictus omnis qui in cruce pendet. Et D.
 Paul. Gal. 3. ait: Christus nos redemit ab execratione le-
 gis, dum pro nobis factus est execratio. Sed quamquam
 horrenda mors Christi erat, non tamen commodiorem
 sibi delegisset.

Quid ita?

Pendebat in cruce, medius inter caelum ac terram,
 omnia perlustrans, expandebat sua brachia, ad comple-
 tendos omnes homines, sicut inquit Ioan. 12. Si ex-
 altatus fuero à terra, omnes traham ad meipsum. Ideo
 Bernardus dicit: Ecce homo, saluator tuus pendet
 in cruce, sua brachia pandens, ut te complectatur:
 suum inclinans ad te caput, ut tibi osculum ferat: sua
 pectora

SYMBOLVM

pectora & uiscera aperiens, ut te ex animo foueat. Vocet te miserabili uoce: tua caussa mortem appetit, ut tu uitam consequaris. Quid illi rependas, pro eiusmodi pietate & beneficio.

Quare crucifixus?

Quo nostram crucem sanctam, benedictam, lenem, ac dulcem redderet.

Quare mortuus?

Propter peccata nostra: Nostra tulit peccata, qui nullum unquam in se admisit delictum. Nam si Christum suam crucem per Ierosolymitanam portam babilonicam rogasses: Mi Domine Iesu Christe quid gestas? haud dubie respondisset: Mi homo uestra gesto peccata, propter crimina uestra haec mihi crux ferenda.

Quo id proditum oraculo?

Sic inquit Isaias, cap. 53. Dominus omnium nostrum peccata illi imposuit. Nostras infirmitates portauit, & nostros ipse sustinuit dolores, propter nostras iniquitates uulneratus est, & contritus propter scelera nostra fert ille castigationem, ut pacem habeamus, & per uulnera eius sanati sumus. Et D. Petrus inquit, 1. Pet. 2. Christus peccata nostra ipse pertulit in corpore suo su per lignum, quo peccatis mortui iusticiae uiueremus etc.

Quid hisce sibi uolunt uerbis?

Hoc dictum uolunt: ex sanguinolentis uulneribus Christi,

Christi, nobis omnis gratia, misericordia, salus ac felicitas effluxit. In illis uulneribus nos abscondemus in tempore duro, ac tentationis nostræ in omnibus aduersitatibus, cum corporeis tum spiritualibus.

Pro peccatis igitur Christus satisfecit?

Suo quidem innocenti sanguine pro totius mundi peccatis satisfecit, pœnasq; exoluit. Vnde cœlestis pater nos missos fecit, debitumq; remisit, quatenus in Christum credimus, iam parta hæreditas, uita promerita, cœlum referatum, mansio parata. Si credimus, sumus filij Dei & cohæredes Christi.

Quam nobis adfert utilitatem mors Christi?

Hoc præstat scilicet. Ne mors nobis grauis ac molesta sit, et ut æternam post hanc, cū Deo uiuamus uitam.

Quomodo Christus sepultus fuit?

Multa cum solennitate, & reuerentia in nouo sepulchro positus, in quo nemo hominum antea iacuerat.

A quibus?

Ab Iosepho Arimathensi, & Nicodemo, qui non in consilium Iudeorum consenserant.

Quare Christus in horto sepultus?

Quemadmodum Sathan Adamum & Euam ceperat in horto Paradysi, sic Christus acerbissimè Sathanam cepit.

SYMBOLVM

pit, cum in horto sepeliretur, & in eodem horto resur-
geret. Et qui hominem in arbore uicerat, iam uicissim
in ligno uincitur, atq; sic Christus eadem moneta com-
pensat illi.

Quare sepultus?

Vt Sabbathum celebraret, cessans ab omnibus suis
passionibus, sitq; nobis exemplo, ut eodem modo feriat
agamus, & Sabbathum celebrantes ab omnibus peccatis
abstinentes, Deoq; nos formandos pro sua pietate, prae-
bentes. Adeo ut omnia in nobis scelera morti tradita se-
peliantur. Rom. 6. Sepulti igitur sumus una cum illo,
per Baptismum in mortem, ut quemadmodum excita-
tus est Christus ex mortuis per gloriam patris, ita et nos
in nouitate uitae ambulemus, Rom. 6.

Num in sepulchro mansit Christus?

Minimè: Sepultus quidem est, et abditus in terris, ut
si putrefactioni & corruptioni obnoxius esset. Sed non
tam diu moratus est, ut corrumpi posset, iuxta scripturam
14: Quoniam non derelinques animam meam in inferno:
nec sines ut sanctus tuus uideat corruptionem. Psal.
16. Sed properabat ad resurrectionem, ut suos consolida-
retur, & fides eorum non prorsus interiret.

Quid ergo solatiij habemus ex se- pultura Christi?

Hoc nobis solatio est: Quia Christus abditus fuit in
terris,

SYMBOLVM

lilij consitus sit, prædulcem spargat odorem, qui sub
estatem in nouissimo die efflorebunt, ac germinabunt,
ut omnis mundus magnam inde uoluptatem capiat, ma-
ximè autem filij Dei.

Quæ igitur summa tota huius
Articuli?

Credo Iesum Christum filium Dei suam passionem
suamq; crucem singulari patientia pertulisse pro meo
totiusq; mundi peccatis. Quo pacto omnium Christiano-
rum passiones & cruces, benedictione & sanctitate
donauit. Ac credo quidem mortuum & sepultum esse,
ut omnium fidelium peccata dilueret, mortemq; exi-
gueret, ne peccata sine nobis damno aut mors difficilis,
uerùm cum gaudio hæc excedamus uita, & cum Christo
eternũ uiuamus, qui fidelis est sermo & certo certum.

QVINTVS ARTICVLVS.

Quis est quintus Articulus?

Descendit ad inferos, tertia die re-
surrexit à mortuis.

Quid hic proponit Articulus?

Duo potissimum, Primũ: quomodo Christus ad in-
feros descenderit.

Secundo: Quomodo à mortuis resurrexerit.

Quomodo Christus descendit ad
inferos?

Quo

Quomodo res gesta sit corporaliter, aut spiritualiter, nostraratione & cogitationibus assequi non possumus. Credimus autem Deum hominem personaliter descendisse ad inferos, & uelut fortem Heroa ac Gigantē infernum depopulatum esse, ne cui ex Christi fidelibus sit amplius exitio.

Quid, an infernus prorsus uastatus etiam damnatis est.

Et si infernus quod ad se attinet, manet, incredulusq; ac impios captiuos teret, sicut & mors peccatumq; qui bus deincti sunt necessitudine. Nos quoq; Christianos secundum carnem & externum hominem terrent, argent, & laceffunt, ut necesse habeamus perpetuo cum illis congregari, manum conserere & pugnare. Attamen fidelibus & renouatis spiritu, deuastatus ac disturbatus est, ne quem Christianorū deinceps sua ui deuoret. Idq; totum Christo autore factum, ut Ecclesia in resurrectione festiuitate canit: Unigenitus Dei filius, qui infernum demolitus est, atq; Luciferum Luciferam in eo alligauit &c.

An id solius Christi officium fuit, neq; quisquam aliorum sanctorum hominum, aut creaturarum potuit?

Nisi Christus ipse adeoq; sua in persona descendisset, suaq; diuina potestate infernum destruxisset, uni-

SYMBOLVM

per sus terrarum orbis, tota sua uiae manu, ne unquam
quidem ex Sathanae uinculis rapuisset, & ex inferorum
faucibus liberaisset, unà omnibus etiam sanctis descen-
dentibus Verum omnes pariter quotquot in mundum
uenerunt, æternum in inferno detinerentur. Omnium
hominum sanctitas, totius mundi potestas, ne scintilla
tam quidem gehennæ ignis extinguerent.

Verum Christo filio Dei aduentante, omnes Diaboli
querabant angulos, ab eo fugientes, tanquam à suo uer-
ueno & Morte, & totus infernus, suis cum flammis ex-
ditatus est, adeo ut nulli Christianorū si formidandum

Quid est ergo hic descensus ad infernus?

Nibil aliud quam quendam gustum ac sensum habere,
omnium anxietatum ac dolorum inferni & æternæ
mortis. Sicut & Christus in cruce sensit, dum clama-
bat: Deus meus, Deus meus, cur me deseruisti? Et Do-
mid exclamat, Psal. 116. Laquei mortis circumdederunt
me, & inferni dolores inueniunt me.

Num omnes homines ad hunc sensum peruenire necesse est?

Omnes quidem homines, certo tamen discrimine.
Qui unà cum Christo cruci affiguntur, eamq; crucis
patienter ferunt, sicut latro ad dexteram Christi pen-
dens, agnoscent in ea paternam castigationem & beni-
gnitatem.

gnum supplicium à Deo, pro ipsorum peccatis sibi illatum. suumq; interferendum & moriendum spiritum cū Christo in manus cœlestis patris commendauit: ij cum Christo quidem descendunt ac gustant inferni pericula & dolores Mortis, sed in momento quasi oculi, ut inquit Propheta Isaias. Deus eos rursus ex inferis & anxietate raptat & perhenni consolatur gaudio.

Qui uerò cum Christo non patiuntur, aut crucem iniquo ferunt animo, sicut latro ad sinistram pendens, neq; agnoscunt crucem tanquam paternam disciplinam, uerùm indignabundi Deum blasphemant, eiq; maledicunt, descendunt illi quidem ad inferos, sed perpetuò ibi mansuri.

Vbi id scriptum extat?

Sic Dauid inquit, de prioribus Psal. 116. Preciosa in oculis domini mors sanctorum eius. De posterioribus alibi dicit: impij occidione occident.

Et Christus inquit de prioribus, Ioan. 5. Amen dico uobis, qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit me, habet uitam æternam, & in condemnationem non ueniet, sed iam à morte in uitam transiuit. Et Ioan. 8.

Siquis sermonem meum seruauerit, non uidebit mortem in æternum. De alijs inquit Ioan. 3. Qui autem incredulus est filio, non uidebit uitam, sed ira Dei manet super eum.

SYMBOLVM

Quæ igitur est summa hoc articulo contenta?

Tantum est: Credo Iesum Christum Dominum meum descendisse ad inferos, mihiq; & omnibus Christianis salutis ac commodo Sathanam cepisse, regnoq; exuta uersa sua potestate spoliasse, ne quid nobis amplius nocere queat. Pro nobis ille descendit ad inferos, ne nobis descendendum, & perpetuo ibi manendum sit.

Quomodo Christus resurrexit?

Diuina potentia & uirtute, ingenti cum terramotu. Matth. 28. quo significet Euangelij de resurrectione prædicationem totum mundum commoturum esse.

Quando resurrexit.

Tertia die, sicut prædixerat Matth. 20. Sicut in factis erat, secundum Ionam prophetam, Matth. 12.

Vbi autem resurrexit?

Ierosolymis ex sepulchro in horto, in quo Iosephus ab Arimathia, & Nicodemus, eum posuerant.

Quo Christus corpore resurrexit?

Immortali, inuiolabili, potenti ac spiritali corpore, quod æterna diuinaq; claritate, æterna subtilitate, æterna firmitudine ac gloria fuit donatum in solatiu nostrum. Nam Christi resurrectio est argumentum diuinæ gloriæ, & Sacramentum seu testimonium ultime resurrectionis.

surrectionis, ita ut securi ac certi simus, sicut Christus mortuus est, & resurrexit, ita & nos in nouissimo die per Christum resurrecturos. 1. Corin. h. 15.

An fuit necesse Christum à mortuis resurgere?

Nisi Christus à mortuis resurrexisset, argumento foret Diabolum, Mortem, Peccatum, Infernum, Christo superiora fuisse, & uictoriam ab eo palmanq; tulisse. Nunc autem cum sua uirtute resurrexit, re ipsa satis abunde probauit, se Dei esse filium, & nostris superiora hostibus.

Quare Christus resurrexit?

Vt omnibus Christi fidelibus nouam uitam pararet, & nos ab omnibus peccatis resurgeremus, ac deinceps nouam ac piam uitam ageremus.

Habet ne testes suæ resurrectionis?

Se exhibuit uidendū à resurrectione 40. diebus, & sepius cum suis locutus est de regno dei, adaperiens eis scripturas.

Quoties illis apparuit?

Decies. Primum Mariæ Magdalene soli, Marci ultimo.

Secundò mulieribus in itinere, Matth. ultimo.

Tertio, Petro soli.

Quarto, duobus discipulis proficiscentibus Emanu-
tu Luc. ultimo.

SYMBOLVM

Quintò, omnibus Apostolis, excepto Thoma.

Sextò, Thomæ & reliquis, octauo dicà resurrectione. Ioan. 20.

Septimò, ad mare Tiberiadis. Ioan. ultim.

Octauò, Iacobo. 1. Corinth. 15.

Nonò, plusquam quingentis fratribus, sicut et Paulus notat.

Decimo, in Bethania oliuarum monte cum ascendebat in caelum. Acto 1. Atq; in his apparitionibus Christus illis monstrauit iam manus, pedes, latera, iam unum cum illis cibum sumpsit, deniq; contrectandum ac palpandum se dedit, ne ullum illis de eius resurrectione relinqueretur dubium.

Quid nobis ergo solatiij ex resurrectione Christi petendum?

Hoc nostrum solatium, Christum non modò mortuum, sepultum, & ad inferos descendisse, nihil enim nobis prodesset, uerùm etiam rursus ex sepulchro, ex inferno, & Morte resurrexisse, & pro nobis Satanam uicisse, Mortem strangulasse, Peccatum extinxisse, infernum uastasse, innocentiam, clementiam, iusticiam, ac uitam retulisse: Coelum aperuisse, & manifestè coràm toto mundo de Diabolo, Morte, Infernòq; superato clarissimũ triumphũ egisse, Dominumq; factum super omnia, ut simul cum eo resurgeremus ab omnibus peccatis, ac deinceps piã uiuamus uitam.

Vnde

Vnde consequeremur cor tranquillum, ac pacatam
conscientiam, gratiam & misericordiam, remissionem
peccatorum, & uitam æternam. Amen.

SEXTVS ARTICVLVS

Quis est sextus Articulus.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram
Dei patris omnipotentis.

Quando ascendit Christus?

Quadragesimo die post sanctam resurrectionem sa-
ctam, Act. 1.

Vbi locorum ascendit?

In Bethania, Monte oliueti, presentibus discipu-
lis, Act. 1.

Quomodo ascendit?

Sursum in altum, in cœlum, Sublatis enim manibus
suis discipulis benedixit, & uidentibus iisdem tolleba-
tur in altum, & nubes subduxit illum ab oculis eorum.

In quod cœlum Christus ascendit?

Supra omnes cœlos, ut omnia adimpleret. Eph. 4.

Quot sunt cœli?

Duplex cœlū in cōfesso est, Corporeū et Spirituale.

Quot sunt corporei cœli?

Quicquid supra nos est Aër, nubes, Ignis, Sphæra
planetarum, Solis, Lunæ, & c. & cœlum stellarum fixa-
rum, quod scriptura firmamentum nominat.

K 4 Quod

S Y M B O L V M

Quod est spirituale cœlum?

Immortalis status, æternum gaudium & uita, in cœlo Deus habitat, suis cum amicis, angelis, & electis etiam illis, qui adhuc in terris degunt.

Vbi id scriptum inueniam?

Ephe. 1. Deus benedixit nos omni benedictione spirituali, in cœlestibus Christo, necq; redemit e regno tenebrarum huius mundi, transtulitq; in regnum sui filij.
Colos. 1.

Quem locum Christus in cœlis cepit.

Dexteram omnipotentis Patris.

Quare autem dexteram?

Eum quem tenuit ab æterno locum rursus occupauit, unde descenderat prius, eo ascendens redit.

Quare non caput aut pedes?

Sedet ad dexteram, hoc est, imperat, adstetq; rebus omnibus æquè ut pater oia adimplens. Aequè omnipotens cum patre, estq; in eadem diuina maiestate ac gloria etc.

Vbi hoc proditum est literis?

Ephe. 1. Deus Christum suscitauit à mortuis, & sedere cum fecit ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum ac potestatem, & uirtutem, & dominium, & omne nomen quod nominatur, non solum in seculo hoc, uerum etiam in futuro etc.

Quid

Quid uocas dexteram Dei?

Aliud nihil nisi Deum ipsum, & omnipotentem perfectamq; potentiam Dei.

Est ne dextera Dei ubiq;?

Maximè. Enter, præfenter Deus est, & ubiq; potenter hoc est, Deus est ubiq; sua essentia, præsentia, ac potentia.

Cum ergo Christus in cœlis ad dexteram Dei sedeat, quo pacto poterit adesse in Sacramento altaris?

Christus plures habet modos essendi in loco quàm alius quispiam homo, lignum, aut lapis. Non enim tantum ad cœlos ascendit, uerum etiam à dextris Dei patris condescendit, est *ὁμοῦσιος*, id est, consubstantialis patri, & què omnipotens, eiusdem maiestatis ac gloriæ. Si ergo Christus ad dexteram Dei sedet, etiam secundum humanitatem, iam sequitur secundum humanitatem quoq; esse ubiq;, quemadmodum dextera Dei.

Idem ille Christus, qui ex Maria uirgine natus est, qui in cruce mortuus est, & resurrexit, qui inquit Matib. ultim. Mihi data est omnis potestas in cœlo, & in terra, & ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem seculi.

Quot modis aliquid in loco esse dicitur?

Tribus modis: Primum circumscriptiuè, quando

SYMBOLVM

Dimensiones corporum respondent loci capacitati, seu
continenti, ut uinum in uase, homo in aëre, Christus
in hoc mundo: Sic uenturus est in nouissimo die.

Secundò definitiuè, ubi corpus ac locus non equis
dimensionibus extenduntur, secundum spacium, ut
rùm res aliquando paruum, aliquando magnum occupa-
pat spacium. Sicut legimus Matth. 8. totam legionem
Caeodemonum, in uno fuisse homine, qui postea in duo
milia porcorum demigrarunt.

Tertiò repletiuè, extra captum & supra naturam,
sic Deus replet coelum ac terram.

Quid uocas ergo sedere ad dexterã dei?

Tantum uolo assertum: Christum esse Dominum ac
regem constitutum super omnes creaturas in caelo &
in terra, per omnia patri æqualem. Sic enim illi pater
dicit Psalm. 110. Sede à dextris meis, donec ponam inia-
micos tuos, scabellum pedum tuorum. Ita ipse quoque
gloriat, Matth. ultim. Mihi data omnis potestas in
caelo & in terra, &c.

Quo id Christus consecutus est merito?

Summa sua obedientia, patientia, ac humilitate
Philip. 2. Christus humiliavit semetipsum, & factus
obediens usque ad mortem, ac mortem quidem crucis pro
brosissimam. Ideo Deus eum exaltauit, & dedit illi
nomen

nomen quod est super omne nomen &c.

Quem habet usum hic articulus
de ascensione Christi?

Ut in omnibus locis, temporibus, ac necessitatibus
meis in uita ac morte liberè tutoq; domino meo Iesu
Christo me concedam, ac confidam, uti presentissimo
& unico consolatori, auxiliatori, ac saluatori.

Dextera defensum eius dabit omnipotentis

Me, contra Sathanam, quod me & ubiq; manet.

Qui manifestū ac illustrem egit triumphum de omni-
bus suis hostibus, Demone, Morte, et inferno, & capti-
uam duxit captiuitatē, et secū in cœlū assumpsit, & san-
ctum suum spiritū distribuit. Ac certus sum me habere
perpetuum intercessorem in cœlo, coram Deo patre,
qui me adeo confortat, ut neq; Angelus, neq; Diabolus,
neq; Ignis, neq; Aqua neq; ulla creatura separare pos-
sit a charitate Dei, & potenti eius manu, Romanos &
Rauo.

Quid est ascensio Christi?

Est conclusio omniū diuinorum operum, quæ Chris-
tus hic in terris corporaliter in humana natura opera-
tus est, & principium nostræ salutis.

Quo pacto isthuc?

Christus sua ascensione suum regnum exorsus est,
dato Apostolis sancto spiritu, missisq; ad predicand-
dum

SYMBOLVM

*du*m Euangelium in toto mundo. Sed etq; ad dexteram Dei patris omnipotentis, tanquam Rex ac Dominus cœli & terræ, super Dæmones & inferos, dominaturq; in animis suorum fidelium sua gratia, ac uerbo. In summa in cruce pro nostris satisfecit peccatis, in sua resurrectione nobis eiusmodi satisfactionis argumentum dedit. In ascensione ad cœlos nos præcessit, ac uiam parauit, noxios Spiritus, grassatores ac Latrones, Sathanam, Mortem, Infernum semouit, lernam deniq; omnium malorum sustulit.

Nos hic uersamur in periculoso quasi mari, calaminosoq; mundo, ut uarijs procellis ac tempestatibus obruamur. Si ergo ex huiusmodi periculis absq; damno portum contingamus, necesse est nos habere aliquem, qui stet in littore manum porrigens, quo citra iacturam tranare queamus, & portum cœlestis patriæ apprehendamus. Et hic quidem est Iesus Christus dominus noster dilectissimus, qui cernuus dorsum suum sanctissimum nobis aduertit, quo nos susceptos, sic portet in cœlum, in eternam uitam.

Quæ nunc est summa huius Articuli?

Credo dominum meum Iesum Christum ascendisse ad cœlos, & à Patre potestatem ac gloriam accepisse super omnes Angelos ac creaturas. Sedereq; ad dexteram Dei, hoc est, esse regem ac Dominum super omnia Dei bona in cœlo, & in terra. Ideo facile suis fidelibus in

in omnibus casibus ac necessitatibus adesse, & contra omnes hostes eorum, ipsos defendere ac tueri poterit perpetim. Quod est certo certius.

SEPTIMVS ARTICVLVS.

Quis est septimus Articulus?

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Vbi hoc literis mandatum legimus?

Act. 1. Cum discipuli, Christo ascendente starent defixis in cœlum oculis, duo uiri astiterunt illis, qui & dixerunt: Hic Iesus qui assumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum.

Quomodo ueniet?

In uisibili forma in nubibus, in multa maiestate, & gloria, 1. Thess. 4. Dominus ipse cum hortatu, & uoce Archangeli, ac tuba Dei descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primum. Deinde nos qui uiuimus, qui reliqui erimus, simul cū illis rapiemur in nubibus, in occursum Domini in aëra, & sic semper cum Domino erimus.

Vnde uenturus est?

E cœlis, quo ascendens se recepit.

Quando uenturus?

SYMBOLVM

In fine mundi, ad nouissimum diem.

Cur ueniet, & quid factururus?

Viuos ac mortuos ueniet iudicatum.

Quos uiuos dicis?

Qui tum nouissimo ingruente die uiui reperientur.

Quos mortuos uocas?

Qui nos præcesserunt è uiuis, ex hoc Mundo conuadentes.

Cur autem iudicaturus?

Vt omnes credentes cum corpore tum anima æternam accipiant uitam, & omnes impij unà cum Diabolo in æternum damnentur ac deturbentur ignem.

Quomodo iudicium celebrabit?

Matthæi 25. sic ait. Cum autem uenerit filius hominis, in maiestate sua, & omnes sancti Angeli cum eorum, tunc sessurus super sedem maiestatis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris sibi erunt: Venite benedicti patris mei, possidete regnum paratum uobis ab exordio mundi.

Deinde dicet his, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo & angelis eius.

Quid

Quid primum aget?

Bonos à malis segregabit, quemadmodum pastor oves ab hœdis, & agricola lolium à tritico, piscatores rancidos pisces à recentibus separant. Et quemadmodum Rex delectu habito, eiecit illum, qui veste nuptia non fuit indutus, Mat th. 22.

Qui dicuntur oves?

Candidi Christiani, qui Christi optimi sui pastoris uocem audierunt, ac secuti sunt.

Quare confert eos ouibus?

Propter ingenium & indolem, quæ propria est omnium. Nimirum statim audium sui Domini uocem ac sequuntur, pendem à sui pastoris tutela, scq; introducendas, pascendasq; illi præbent.

Sic quoq; solent deuoti Christiani, audiunt uerbum Dei, & sequuntur illud, à solo pendem Christo, tanquam unico suo pastore, qui ipsos suo salubri Euangelio ducat ac pascat.

Qui sunt hœdis?

Improbi, qui Christi uocem contemnum, ac sequi detestantur.

Quare hœdis eos comparat?

Propter propriam quandam hœdorum naturam illis cognatam. Nempe hircus sordidum atq; adeo sordidum est animal, ita quoq; sordent illi propter suam impro

SYMBOLVM

improbritatem. Deinde hircus quoq; cornu petit obuios quosq; ita illi mīseros Christianos sua Tyrannide, potentia, dolis a fraudibus opprimunt. Ac hircus quidem non accommodus hortulano, sed latē uastans omnia. Ita hi quoq; de uastant uineam Domini, sicut conaqueritur Isa. 5. Vineam meam de uastarunt, folia absumentes & uuas pedibus conculcantes.

An omnes oportet nos sisti coram hoc iudice?

Sic inquit Paulus 2. Corin. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; ea que fiunt per corpus, iuxta id, quod fecit siue bonum siue malum.

Vt audio, iudicaturus est Deus secundum opera, & non secundum fidem?

Quandoquidem fides res inuisibilis, decretum est Deo, iudicare iuxta id quod sensibus est expositum, nē pē cuiusq; opera, siue eamala siue bona fuerint.

Cur iudicium celebrabit, an non antea notum illi quales simus?

Quando iustus est iudex, non in angulo, aut obscuro, sed aperte coram toto mundo. Angelis, & Diabolis, ius diciturus ac homines ex suis proprijs operibus, tanquam sue fidei, aut incredulitatis testimonijs saluabit, aut damnabit.

Quid

Quid secundo ager iudex?

Vtrorumq; discernet & notabit opera.

Quæ opera potissimum commemorabit?

Non sanè multum quæret de Monasticis operibus, de foundationibus collegiorum, Missarum &c. sacerdotum, de peregrinationibus, & id genus laruis ac Idololatricis cultibus, neq; rogabit an tu Christianus uocaris?

Verum sic, si es Christianus, iam Christiani profer opera, quibus Christianismum testatum fecisti. Num esuriienti panem dedisti, sitibundum potasti, exulem hospitio excepisti, infirmos ac captiuos uisitasti?

Adeone hæc Christo arri-
dent opera?

Oppidò, inquit enim Matth. 25. Quicquid fecistis uni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Ac deinceps ait: Quicquid nõ fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.

Quos suos minimos appellat?

Omnes miseros, ægrotos, morbidos, cæcos, claudos, leprosos Christianos, quicquid illis inquit boni fit, id feret acceptum, ac si in seipsum collatũ sit. Sic quoq; quicquid mali illis fit, seuerè puniturus.

Atqui Deus poenam in longũ differt
tempus, quo pacto multorum

L malo

SYMBOLVM

malorū magnā præbet occasionem?
 Sed inultum haud laturo impij. Quod differtur non
 aufertur. Vniuersalia enim indixit comitia & diem
 mercedis, nimirum nouissimum diem, quo omnia resor-
 maturus, omnes tum causse cognoscantur, & peragen-
 tur. Interea temporis ius non nunquam priuatim dicitur,
 quibusdam provincijs ac ciuitatibus ac de certis quorū-
 busdam causis, peccatis, ac sceleribus, ut Sodome &
 Gomorre, Pharaonis & Ægypti supplicium sumit
 &c. Hæc iudicia Dei sunt priuata, certa tamen prælu-
 dia postremi iudicij, unde discamus quanta seueritas
 ac ira sit Dei in omnes improbos homines. Faxit Deus
 ut in tempore resipiscamus.

Quid postremo ager?

Vltimam feret sententiam, electis dicens: Venite
 benedicti patris mei, possidete regnum, quod uobis præ-
 paratum à mundi constitutione. Et alijs dicet: Discedite
 à me maledicti in ignem eternum, qui Diabolo paratus
 est.

An non licebit ab hac sententia ap-
 pellare, & ad alium prouocare iu-
 dicem?

Minimè: Deus ipse Iudex & testis erit, deinde prom-
 pria conscientia, Saithanne, & omnes Creaturæ nos con-
 cusabunt. Iudex non respiciet amicitias aut inimicitias
 donis

bona, gratiam, uel auctoritatem, sed unumquemq; iudicabit iuxta sua facta, quisq; suum onus portabit. Qui bona fecerint ibunt in uitam eternam, qui uero mala in ignem eternum.

Quæ est igitur sententia huius Articuli?

Credo Dominum meum Iesum Christum ad futurum è cælis in nouissimo die, ut iudicet uiuos, qui tum supererunt: & mortuos, qui tum è uiuis excesserunt.

Et quod omnes Angeli, omnes Demones, omnesq; homines cogendi ante tribunal Dei, & Christum corporea forma uisuri, qui omnes suos fideles & electos liberaturus, ab omnibus corporalibus uicijs & externa morte, suosq; hostes & aduersarios eterna afficiet pœna & supplicio, ac nos in eternum ab illis liberatos, in eternam uitam translaturus. Amen. quod longè est certissimum.

OCTAVVS ARTICVLVS.

Quem octauum numeras Articulum?

Credo in spiritum sanctum.

Quid hoc est?

Equidem omnem animi spem ac fiduciam, in spiritum sanctum pono, qui cum patre & filio, unus est Deus, & ab utroq; procedit.

L 2

Quid

SYMBOLVM

Quid in hoc confiteris articulo?
Spiritus sanctum esse Deum: Nam fiduciam in te-
gram animi, mentem deniq; omnem in re quamquam su-
xam habere & locatam, non nisi soli diuinæ competi-
maiestati.

**Num qua scripturæ habemus
testimonia?**

In exordio primi libri Moseos, diserte scriptum: In
principio creauit Deus coelum ac terram. Et spiritus
Dei ferebatur super aquas. Vbi Moses tres personas no-
tat, & Deum unum uerum. Item Matth. ultimo. Ite doc-
ete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris,
& filij, & Spiritus sancti, ubi diuinitas sancti spiritus
ualidissime astruitur. Nam quia Christus iubet bap-
tizare, in nomine sancti spiritus. Iam necesse est in san-
ctum spiritum fidu iam conscientie locari. Si uero
in spiritum sanctum credendum & confidendum, cer-
tissime Deum esse oportet. Quando alias in nullam
creaturam fiducia ponenda, nisi in solum Deum.

**Quare spiritus sanctus dicitur
sanctus?**

Ideo quod nos mundos, sanctos, ac Deo acceptos
reddat.

Quare spiritus nominatur?

Quòd spirituales reddit & uiuificat.

Quare sanctus spiritus?

È quòd solos nos sanctificat. Sunt alioqui uarij spiritus, ut spiritus hominum, coelestes spiritus, & mali spiritus, sed Dei spiritus solus sanctus appellatur, ut qui solus nos sanctificat.

Num igitur à sanctificando nomen sortitus?

Sanè quidem: Quemadmodum pater creator, & filius liberator dicitur, quiq; à suo opere, & officio. Sic spiritus sanctus à suo opere & officio sanctificator nominatur.

Quomodo sanctificatio ista fit?

Quemadmodum filius suum officium liberationis facit, per suam natiuitatem, passionem, mortem, resurrectionem, sic spiritus sanctus suo persequitur officio sanctificandi per sequentes articulos, nempe per Christianam ecclesiam, per remissionem peccatorum, per carnis resurrectionem &c.

Quibus id medijs & modis?

Primum nos introducit in suam sanctam Ecclesiam, adeoq; insinuat Catholicæ Christianæ Ecclesie, dum baptizamus. Deinde per prædicationem Euangelij, quo remissionem peccatorum consequimur credentes. Ac statim quidem in spe resurrectionis, & eterne uitæ.

SYMBOLVM

Sunt ne hæ parteis necessariz?

Maximè: Nam per Baptismum regeneramur, & in-
tiamur, nomenq; damus Christo sub uexillo Dei milita-
ntes stipendia facturi.

Per Euangelij autem prædicationem ad cogniti-
nem Dei peruenimus. Nisi enim Euangelium in Eccle-
sia sancta prædicaretur, ac per spiritum sanctum pro-
poneretur, nunquam quicquam de Christo nosse, crede-
re, aut retinere possemus. Nam tametsi Christus sua
Passione, Morte, & Resurrectione gratiam, remissionem
peccatorum adeoq; thesaurum eterne uite pro-
meruit, nobis tamen ignotum & obscurum mansisset,
neq; quisquam uel per somnium cognouisset. Quan-
do autem Christus spiritum sanctum misit, & Aposto-
los eo impleuit quos in totum mundum ad prædican-
dum Euangelium ablegauit, sic tandem ad nos quoque
delatum.

Quibus Sanctus spiritus gloria
cur nominibus?

Nuncupatur in scripturis sacris Deus, Creator
Consolator, &c.

Quare Deus?

Quia ubiq; adest, Psal. 138. Quo fugiã à spiritu tuo.

Cur Creator?

Quia nouit ex nobis efficit creaturas.

Quid

Quam ob rem consolator?

Quemadmodum duces in bello milites adhortantur, consolantur, & in spem erigunt, ut fortiter pugnent & pergant.

Sic sanctus spiritus consolatur, animum addit, & auget infirmis ac trepidis, lapsos rursus erigens, languidos, & in fugam conuersos repellens, hortatur ut pergant, & timorem missum faciant.

Vbi id proditum oraculis?

Rom. 8 inquit D. Paulus: Spiritus adiuuat nostras infirmitates, nostras aget partes, intercedens pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Num plura sancto spiritui sunt nomina?

Dicitur pater pauperum, dator muerum, Lumen cordium, Consolator optimus, dulcis hospes, Lux beatissima, Summum Dei donum, Fons uiuus, Ignis ardens, Spiritualis unctio, Digitus Dei, Amator piorum cogitatum &c. Ac appellamus eum quidem Sanctam lucem, Dulcem amorem, Summum consolatorem in omnibus necessitatibus, & inuocamus eum pro uera fide, in qua nos conseruet usq; in finem.

Vt audio, Sancto spiritu peropus habemus?

Oppidò: Sanctus spiritus maximus est thesaurus in celo,

SYMBOLVM

cælo, & in terra, per quem Deus pater in Christo omnia mouet, consolatur, conseruat, ac uiuificat.

Vbi id in literis proditum?

Psal. 33. Cælum per uerbum Domini creatum, & omnis exercitus spiritu oris eius. Ideo David obnixè à Deo orat: Psal. 51. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum nouum ac certum mihi largire.

Quæ huius articuli igitur est sententia?

Ea est: Credo me sancto spiritu autore sanctificari, secundum nomen ipsius.

Quibus medijs.

Per sanctam suam Catholicamq; Ecclesiam, per remissionem peccatorum &c.

Quo id fit modo?

Suam hic in mundo habet Ecclesiam, quæ quæuenit Christianum per Baptismum suscipit, & per Euangelium gestat. Vbi enim Euangelium non predicatur, sed mendacia, & humana somnia, ibi non adest spiritus sanctus, sicut sub prophanis accidit pontificatus, atq; eternum fit. Nam ubi Christus non agnoscitur saluator ac redemptor, neq; spiritus sanctus sanctificator habetur. Non enim credunt Christum se citra sua opera & merita liberasse, uerum suo Marte in cælum perire conantur.

Quid

Quid uero desideratur?

Hoc maxime laborant malo. Quod sanctus spiritus non adfuit, qui ueritatem illis aperuisset, & perhibuisset, uerum spiritus erronei, lupi, et animarum latrones eos docuerunt, suis ficturis, operibus & cultibus, ut gratiam ac salutem consequerentur. Ideo ualde timendum est nullum apud eos sanctum spiritum, sanctam Ecclesiam, remissionem peccatorum fuisse, quod ad ipsorum personas attinet. Sed fuisse eos Synagogam Sathanae, ubi enim Christus non sincere praedicatur, ibi nulla sancta est Ecclesia, quam solus sanctus spiritus per Euangelium designat, conuocat, ac coniungit.

An quisquam etiam extra sanctam Christianam Ecclesiam poterit saluus fieri?

Sicut nemo in diluuiò extra Archem Noah saluabatur, ita nemo quoque extra sanctam Ecclesiam saluus fieri poterit. Nullam enim nomen aliud hominibus datum in quo salutem consequantur, praeter nomen Iesu Christi, qui est nostri peccati extortor, Mortis contortor ac denerator, inferorum populator, saluator ac redemptor noster. Cui sit laus, honor, & gloria, cum patre & spiritu sancto, in omne aeuum, Amen.

NONVS ARTICVLVS.

Nonum quem facis Articulum?

L 5

Credo

SYMBOLVM

Credo unam sanctam Christianam
Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Cō-
munionem?

Quid uocas Ecclesiam?

Cœtum aut congregationem.

Quare sanctam dicitis?

Quod à sancto congregata est spiritu per Euange-
lium Christi: Atqui impij suam quoq; habent Ecclesia
am, sed que non sancta est, hanc spiritus mendax gub-
ernat, illam spiritus sanctus.

Quare Christianam dicitis?

Quia Verbo Dei & Sacramentis est addicta, &
consecrata, que Christus tradidit & instituit, quibus
plena respondet obedientia.

Cur Apostolicam nominas?

Quod eam Christus per Apostolos passim Euange-
lium predicantes, & Sacramenta administrantes colli-
git & fouit.

Quare unam, cum tot sint cœtus in
prouincijs, ciuitatibus ac pagis?

Solum una est Christo dicata in terris Ecclesia, per
totum terrarum orbem dispersa, in unam eandemq; fo-
dam ac spiritum uocata, eorum, qui unum habent Pa-
trem, unum Dominum, unum Baptisma, & unum Eu-
angelion, extra quam nemo saluus fiat.

Quare

Quare sanctam appellas Ecclesiam?

Eò quòd talis est societas, populus & congregatio. In qua tantùm sancti, tantùm electi, & filij Dei habentur.

Atqui multos licet inuenire insignes nebulones, in Christianorum numero?

Verùm est, sed non sunt in Ecclesia, tanquam membra, sed ueluti excrementa, sordes, monstra, colluuiæ, sudor, pustula, & ulcera in corpore. Et sicut lolium in tritico, scoria in argento. Sic Iudas fuit inter Apostolos. Et heretici Arrius, Manicheus, Pelagius, Sabellius, &c. inter Christianos in prima Ecclesia fuerunt, & iam Anabaptistæ, aliæq; sectæ.

Quare Deus fert huiusmodi impios homines in suo regno in Ecclesia?

Ut ij qui germani Christiani sunt, probentur & manifesti fiant, ideo improbos sinit crescere, simul cum probis usq; ad tempus messis, ut Christus inquit, Matt. 13. Sicut zizania euelluntur, & igni comburuntur, ita in consummatione sæculi quoq; accidet. Mittet enim filius hominis angelos suos & colligent e regno eius omnia offendicula, & eos qui patrant iniquitatem: ac mittent eos in caminum ignis: ibi erit ploratus, stidorq; dætiuum. Tum iusti fulgebunt sicut Sol, in regno patris sui.

Quid

SYMBOLVM

Quid est ergo Christiana Ecclesia?

Ecclesia nihil aliud est, quàm congregatio Christi-
 fidelium in unitate fidei, Verbo ac Sacramētis collecta,
 non certis locis, temporibus, personis, aut alijs exte-
 nis rebus alligata, sed per totum mundum ubicunque
 Christiani sunt, siue in Asia, Aethiopia, aut Europa, in
 Thracia, Aegypto, aut Babylonia sint, dispersa.

Atqui, qui cum Pontifice faciunt, di-
 cunt Christianam Ecclesiam Romae
 esse, ac Papam esse caput Christi Ec-
 clesiae. Qui uerò non sub Papa sit,
 eum ne quidem Christianum esse.

Errant illi sicut & Heretici Donatiste, qui itidem
 docebant Christi Ecclesiam, tantum esse in Aethiopia. At
 Christiana Ecclesia, ut dictum est, non alligata certis re-
 gionibus, ciuitatibus, aut personis. Et in omnibus locis
 orbis terrarum, Christiani inueniendi sunt. Psal. 15. Et
 non modo sub Papa. Christus inquit, Matt. 8. Dico au-
 tem uobis, quòd multi ab oriente & occidente uenturi
 sunt, & accubent cum Abraham & Isaac & Iacob in
 regno caelorum: &c. Et Augustinus ait: Vbi Deus dili-
 gitur & timetur, ibi Christiana est Ecclesia. Et Lyra in-
 quit, Vera Ecclesia non pendet ab auctoritate proce-
 rum & ipsorum potestate. Multi enim ex summis &
 infimis ordinibus, à fide defecerunt. Ita Ecclesia est po-
 pulus

quibus qui habet ueram Christi noticiam, & ueram fidei, & ueritatis confessionem. Ideo perperam agunt, qui Christianam Ecclesiam Romæ, Antiochiæ, Ierosolymis, Pape, Cardinalibus, Episcopis, Collegijs, & Monasterijs, lignis & lapidibus alligant. Christus enim dicit Luc. 17. Regnum Dei non uenit cum obseruatione &c. Ecce enim regnum Dei intra uos est.

Quare Christianam Ecclesiam definis sanctorum communionem?

Ed quod in hac societate omnia sunt communia, cuiusq; bona, uirtutes, & dona sunt aliorum, & qui cuius unum orat, id omnes orant, dicuntq; Pater noster &c. non meus.

An hæc Ecclesia quoque habet caput?

Imò Christus Iesus Dei filius est caput, Ephe. 1. Eam dedit pater caput super omnia ipsi Ecclesie &c. Col. 1. Est caput sui corporis, nempe Christiane Ecclesie.

Quis est corpus Christi?

Omnes Christi fideles, qui ante nos fuerunt, iam sunt & qui futuri, 1. Corinth. 12. Vos autem estis corpus Christi, & membra ex parte. Quemadmodum enim corpus unum est, & membra habet multa. Ita nos omnes per unum spiritum in unum corpus baptizati sumus, & membra unius capituli Iesu Christi.

Quis

SYMBOLVM

Quis hanc gubernat Ecclesiam?

Quia tam magnificentum & mirificum habet caput
nempe Iesum Christum filium Dei, per uerbum eius et
terna sapientia & ueritate recte & bene regitur & con-
seruatur.

Nunquid etiam errare potest?

Quamdiu à uerbo Dei pendet, errare aut falli non
potest, 1. Thimot. 3. Ecclesia Dei uiuentis est columna,
ac basis ueritatis, hoc est, nusquam alibi inuenitur ueri-
tas Dei, quam in Ecclesia: non quòd Euangelium Ecce-
siae nitatur auctoritate, Sed Ecclesia Euangelio inniti-
tur, ut Christus dicit, Matthæi 16.

Quomodo habet hæc sanctorum
Communio?

Sic habet: Omnia cum Christo habemus communia
Christus est omnipotens, misericors, pacificus, benig-
nus, comis, clemens, iustus castus, sanctus, longanimis,
mitis, sobrius, mansuetus, fidus, & uerax habet omnia
bona, uirtutes, beatitudinem, ac felicitatem, quæ nobis
tradit. At nos habemus omnia peccata, crimina, sceler-
ra, quæ in se suscipit, & nobiscum commutat suam gra-
tiam, pro nostris peccatis, suam iusticiam pro nostra in-
iusticia, suam uitam pro nostra morte, suum cælum
pro nostris miserijs donat, ac nos iustos, acceptos, sala-
uosq; facit per fidem. Fides est dos, qua Christo desponsa-
sati

Qui in communionem accepti sumus. Osee 2.
 Respondebote mihi in fide, in iusticia, et iudicio etes.

Omnes ne homines ad hanc per-
 tinent communionem?

Non sanè, soli Christi fideles ex Iudæis & gentibus
 collecti, & conuersi, à primo sancto usq; ad ultimum, ij
 omnia habent communia.

Quo id fit modo?

Quicquid Deus in quolibet membro huius spiritua-
 li corporis operatur, id uniuerso commodat corpori.

Quicquid Deus per Patriarchas & Prophetas, deinde
 per Apostolos & Martyres operatus est, cum essent in
 uiuis, id uniuerso corpori Ecclesie bono est.

Da exempla?

Quicquid Abel, Noah, Abraham, Mose, David, Ieremias, Jeremias, &c. deinde Ioannes Baptista, Maria, Petrus, Paulus &c. superstites ad Deum orauerunt, optauerunt, ac precati sunt à Deo, eius hodie quoq; tota Ecclesia fructum percipit. Atq; ea germana Christianorū fraternitas, ut Psal. 119 loquitur: Fruor ac particeps fructuum enim iacobus ait, x. cap. Apud Deum non est transmutatio aut conuersationis obumbratio. Ac Paulus dicit omnia esse manifesta oculis Dei. Et Petrus inquit mille anni coram Deo sum sicut dies unus.

Abel

SYMBOLVM

Abel coram Deo efficacius uiuebat post suum obitum quàm cum adhuc in rebus humanis esset. A morte enim eius Deus interrogabat Cayn, Vbi est Abel frater tuus? Ac mentionem eius facit Christus Matth. 23.

Nunquid dilecti in Domino sancti iam pro nobis orant?

Legimus in Propheta Zacharia, bonos angelos pro nobis intercedere, sed de Sanctorum precibus nulla habemus scripturæ testimonia, aut mandata. Quare tutius est nos uti mediatore, eo quem nobis pater dedit & proposuit.

Quæ sunt conditiones intercessoris?

Duæ sunt potissimum. Prima, manifestum, ac clarum uerbum Dei, quale de Christo habemus, Ioan. 16. Amen dico uobis: Si quid Patrem rogabitis in nomine meo, dabit uobis. Et Matth. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, ego uos reficiam. Altera, ut meritum eius sit tantum, quo pro alijs satisfaciat. sicut Christus quoq; pro alijs satisfecit.

Sunt ne etiam nobis honorandi Sancti?

Haud dubie sunt nobis honorandi, tanquam electi Dei filij, membra Christi, & templa sancti spiritus, nec non ut iucundissimi ac germani fratres & sorores, ideo honorandi.

honorificentissimè de illis sentiendum, loquendum ac scribendum.

Quomodo sunt nobis colendi?

Trifariam: Primum Deo gratias agamus, multa cù laude ac reuerentia eius nominis, quòd nobis in dilectis sanctis integras gratiæ diuinæ imagines, & plenissima consolationis exempla proposuit. Secundo, ut freti illorum exemplis, nostram augeamus fiduciam, quo parem à Deo gratiam, & auxilium speremus & expectemus.

Tertio, ut proinde fidem, charitatem & patientiam eorum, quisq; in sua uocatione imitemur.

Quem habet usum honor sanctis habitus?

Ut nos eo pacto prouocemur ad obnixè orandum Deum, quò miseros nos peccatores etiamnum cum carne congregantes & luctantes, tali tamq; presenti fidei elæ, charitate, spe, patientia, & constantia dignari uelit, ut nos quoq; per fidem peccatricem carnem nostrâ, mundum & Sathanam uincamus, & tandem cum Chrîsto & omnibus electis æterna potiamur gaudia.

Quæ igitur nunc est summa huius articuli?

Credo esse sanctam Ecclesiam & communionem in
 M terris

SYMBOLVM

Ecclis sanctorum, sub uno capite Christo, per Spiritum
sanctum in unam fidem, intellectum, ac sententiam con-
uocatum, varijs donis exornatum, concordem tamen in
charitate, absq; sectis ac dissensionibus. Eius communi-
onis membrum & ego sum unum, particeps bonorum
omniũ, à Spiritu sancto adductus ac incorporatus. Ideo
quod Dei uerbum teneo & audio, ad hæc sacrosancta
Sacramenta & Absolutionem, omnisq; generis conso-
latoria sacri Euangelij dicta mihi fide applico, in qua
remissionem peccatorum, & uitam eternam iam pæ-
tam habeo. Amen.

DECIMVS ARTICVLVS

Quem decimum numeras Arti-
culum?

Credo remissionem peccatorum.

Quid hic tradit Articulus?

Tantum uult edoctum. Næstenus in superioribus arti-
culis quomodo Christus conceptus, natus,
mortuus, sepultus, resuscitatus, & in cælum sublatus
sit. Nunc docet hic articulus quã ex talibus rebus gestis
ac operibus Christi utilitatem consecuti simus. Nempè
Sanctum spiritum, Remissionem peccatorum, & uitæ
promissionem.

Quid uocas, Credo remissionem
peccatorum?

APOSTOLORVM.

60

Hic est sensus: Credo hominem per Euangelion lo-
ro Dei potestatem habere remittendi mihi peccata, non
modo semel, sed septuagies septies, imò quoties opus ha-
bit, ac desidero.

Atqui Christus in cruce nobis remis-
sionem peccatorum promeruit, quid
opus est homine ad hanc rem?

Quaquam diuina nobis gratia & remissio peccato-
rum, per Christum parata est, nunquam tamen absq; pec-
cato sumus, quod ad ueterem nostrum Adamum perti-
net, quem in humeris circumferimus. Ideo Christus sic
ordinauit in Ecclesia, ut quotidie remissionem peccato-
rum per uerbum & signa, acciperemus, ad consolan-
dam ac erigendam nostram conscientiam, quamdiu hic
in terris uiuimus.

In Ecclesia igitur mera remissio
peccatorum est:

Sic est, Deus nobis remittit peccata, & nos inuicem
peccata remittimus, per uerbum Christi, Matth. 18. &
Ioan. 20. Vbi uero Dei abest uerbum, nulla ibi quoq; re-
missio peccatorum. Ideo seipos ab hoc segregarunt at-
ticulo, quotquot Euangelium contemnunt, & per uer-
bum Christi remissionem non querunt, sed solum per
sua iusticiam, opera & merita.

¶

2

Ad

SYMBOLVM

An non sufficit in uita semel peccati ueniam quæsiuiffe?

Quandoquidem quotidie peccamus, quotidiana opus habemus remissione, iam dimidia parte mundi sumus, ut spiritus sanctus assiduo suam in nobis uim exerceat per uerbum Christi, & quotidie usq; in alteram uiam tam remissionem peccatorum distribuatur. Tum enim non amplius erit remissio, sed integra puritas, sancti homines, pleni pietate ac iusticia, liberi & immunes à Satana, morte peccato, inferis & infortunijs, in noua, immortali ac clarificata uita.

Per quid fit remissio peccatorum?

Per Sacramenta & absolutionem, & omnis generis consolationes Euangelicas, per Christum nobis traditæ.

An remissionem igitur peccatorum per Sacramenta consequimur?

Disertè obseruandum, nullum humanum opus aut meritum, afferre remissionem peccatorum, sed solius Christi opus ac meritum. Christus nobis remissionem peccatorum sua passione ac morte promeruit, ac prerogauit. Eam remissionem nobis offert & distribuit, per Verbum & Sacramenta. Si ergo Sacramenta in fide accipimus, peccati remissionem habemus. Tum id quoque, quod Sacramenta requirunt præstemus, nempe, ut paci ac concordie studeamus, amici & grati simus.

Quare

Quando uero Christus omnibus remissionem peccatorum impetrauit, quare tot homines damnantur?

Sanctus Paulus ad Romanos 3. sic inquit: Omnes peccauerunt, ac destituuntur gloria Dei, iustificantur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem, quae est in Christo Iesu, quem proposuit Deus reconciliatorem, per fidem, interueniente ipsius sanguine.

Hic Paulus duas ponit partes. Primum quis nobis peccati ueniam impetrauerit, nempe Christus. Deinde quo instrumento nos remissionem uendicemus, nempe per fidem in Christum. Quia uero non omnes homines Christum fide apprehendunt, manent sub diabolo capti in in peccatis, & condemnantur.

Vt audio Euangelion Christi fugientes, & Sacramenta contemnentes sibi ipsi iter ad uitam aeternam praeccludunt?

Sane uero, Christus inquit. Ioan. 8. Qui ex Deo est, uerbum Dei audit, inter omnia signa ex quibus filij Dei agnoscunt, nullum tam est certum, atque si homines alacri ac pio animo, uerbum Dei audiant, & Sacramenta in fide sumant, & Euangelice uiuant.

Quae igitur est summa huius Articuli?

SYMBOLVM

Credo in Christiana Ecclesia, & nusquam alibi remissionem peccatorum esse, & extra eam nihil prodesse quot & quanta sint officia, ad consequendam gratiam peccati. Rursus in ea Ecclesia nihil obesse quot modis & quoties peccetur, ad remissionem peccatorum consequendam. Quae remissio manet quamdiu Christiana dicitur Ecclesia, hoc est, usque ad nouissimum diem, quando Christus suam Ecclesiam ex hoc transferet Mundo, ex Sathanae regno ad aeternam uitam, qui indubitanus est sermo, & mordicus tenendus.

VNDECIMVS ARTICVLVS.

Quem undecimo loco recenset

Articulum:

Credo carnis resurrectionem.

Quid hoc est?

Credo quod omnium hominum corpora & carnes cum bonorum tum malorum in nouissimo die resurgent, & quocumque corpus corruptum est ac perijt modo, rursus tamen coniungendum, & à morte, ut alterum uiuat suscitandum.

Quomodo hoc possibile aut credibile?

Humana id rationi prorsus incredibile uidetur, si dem corpus tot modis absumptum in aqua, igni, terra &c. rursus resurgere, & uitam recipere. Atque ineffabile

bile, me, te, adeoq; omnes homines eosdem oculos, uires, ora, manus, pedes, & omnia membra, quæ nunc habemus recepturos, æternumq; uicturos.

Quare Paulus mortuorum resurrectionem mysterium appellat?

Et maxime de causa, quod fidei non oculorum certamini exposita est. Nam idem corpus quo nunc anima peccat, aut bene meretur, necesse habet in nouissimo die à morte rursus excitari, & animæ aduari ad accipiendam mercedem, aut in perenni igni, aut in uita æterna. Deus enim utrunq; requirit, cum uetulum asinum tum pulum, in ingressu Ierosolymitano. Sicut & Athanasius in suo symbolo meminit.

Acqui iterum dico, qui possibile est, idem prorsus corpus, quod tot tamq; uarijs modis solutum est, resurgere, cum hic in cineres redactus, ille à uolucris direptus, tertius à uermibus corrosus, ideo animum inducere non possum, ut credam.

Si primum articulum credis, Deum esse omnipotentem, hic articulus creditu haud difficilis erit: Nam si Deum in rerum primordijs omnia ex nihilo creauit, etiam potest id quod dilapsum est restaurare, & in integro condere.

SYMBOLVM

Quomodo renouabit, num quæ
mutatio in corporibus fiet?

Sanè: Nostrum corpus iam omnibus uicijs ac morbis
subiectum, est mortale, sordidum, tenebrosum, cras-
sum, ignauum, languidum, tardum, debile ac infirmum,
sæpius animam impediens in suis actionibus, sicut &
Ethnici, Cicero & Plato conqueruntur, uerum tum in
nouissimo die, nostrum corpus quatuor donis æternæ
decorabitur gloriæ. Eritq; pellucidum, clarum, subtile,
agile, firmum, potens, immortale & æternum.

Quibus id scripturis testatum?

Paulus 1. Corinth. 15. inquit: Stella siquidem in glos-
sia differt: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in
corruptione, resurget in incorruptibilitate: seminatur
in ignominia, resurgit in gloria: seminatur in infirmita-
te, resurgit in potentia. Seminatur corpus animale, re-
surgit corpus spirituale.

Num Christi quoq; corpus in sua
resurrectione sic fuit?

Sanè: Christus à sua resurrectione sortitus immorta-
le & æternum corpus, Rom. 6. Christus resurrexit à
mortuis, & non moritur amplius, Mors illi ultra non
dominabitur. Et clarificatum adeptus corpus, id quod
declarauit in transformatione, in monte Thabor.
Basilis

Matth. 17. Sic quoq; subtile corpus consecutus, quod absq; collisione lapidis, euasit sepulchrum, & absq; impedi-
mento clausis ianuis ad discipulos introiuit, sic quo-
que ualido est corpore, cui nihil unquã nocere poterit.

Num hic quoq; articulus in dubium uocatus, & offendicula passus est?

Nullus inter omnes alios est articulus, qui tot per-
tulit errores & impetus cum in ueteri tum in nouo Te-
stamento, sicut hic articulus de resurrectione mortuo-
rum. Omnibus seculis facere homines, qui hunc articu-
lum absurdum, & stultum iudicarent. Vt Saducei a-
pud Iudæos, Epicuri inter Philosophos, & Romani,
Luciani, & uentres nostra etate.

Ideo Deus hunc articulum uarijs muniuit modis,
nempe uisionibus, clarijs scripturis, testimonijs, & rea-
rum gestarum exemplis, & probabilibus argumentis in
creaturis.

Vbinam uisionibus?

Legimus in Propheta Ezechiele 37. cap. quod tem-
pore Babylonicæ captiuitatis, quidam Iudæorum non
crediderint Deum potuisse illos saluos, Babylonia re-
ducere Ierosolymam. Ideo ostendit Deus Propheta
in uisione, quod non modò uelit eos in terram pro-
missam reducere, uerum etiam in nouissimo die à Morte
resuscitare,

SYMBOLVM

Quomodo habet uisio?

Sic inquit Propheta Ezechiel: Facta est super me uisio
 Domini, & eduxit me in spiritu Domini, atq; con-
 stituit me in medio planicie, quae plena erat ossibus, et
 ecce prorsus exsiccata erant. Et dixit ad me: Fili homi-
 nis nunquid uiuent ista ossa? Et dixi: Domine tu nosti,
 & dixit ad me: Vaticinare de hisce ossibus diebus; ad
 ea: Exsiccata ossa audit uerba Domini. Sic dixit Domi-
 nus ossibus istis: Ecce ego introduco in uos spiritum, &
 uiuetis. Dabo quoq; super uos neruos, & ascendere fa-
 ciam super uos carnem, & inducam super uos cutem,
 ponamq; in uobis spiritum, & uiuetis, & scietis quid
 ego Dominus. Prophet autem igitur sicut iussus fui, & facta
 est uox cum prophetarem, & ecce strepitus, nam
 coniunxerunt se ossa, os scilicet ad os suum. Et uide,
 ecce erant super ea nerui, & caro ascendit, atq; indu-
 ta est super ea cutis de super, & non erat spiritus in
 eis, & uentus spiritum insufflauit illis: nixeruntq; &
 steterunt super pedes suos exercitus magnus ualde. Et
 dixit ad me: Accedite dicunt: auerunt ossa nostra, perijt
 spes nostra, & perditum sumus prorsus. Ecce aperio tua
 uentos uestros, & educam uos de sepulchris uestris, pon-
 pulus meus, ponamq; spiritum meum in uobis, & ui-
 uetis, & inducam uos in terram Israel, & scietis quod
 ego sum Deus dominus uester.

Vbi claris scripturis?

Daniel

Daniel duodecimo capite sic dicit: Multi de his qui dormiunt, in terra pulvere enigilabunt, alij in vitam eternam, alij in opprobrium, ut uideam semper. Iob decimonono: Noni quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die resurrecturus sum, & in carne mea uidebo Deum saluatorẽ meũ. Et Christus, Ioan. 15. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis sunt, audient uocem eius, & prodibunt, qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ: qui uerò mala egerunt, in resurrectionem condemnationis.

Vbinam Historicis exemplis?

Christus suam resurrectionem per omnes exteriores sensus declarauit, per uisum, auditum, gustum, & tactum. Atq; Helias & Heliseus in Veteri Testamento mortuos excitauit. Itidem Christus in nouo Testamento unã cum suis Apostolis, Petro, Paulo, &c. ut legitur Act. 1. & 10.

Vbi argumentis in rerum natura?

Multa sunt externa iudicia in creaturis, in quibus resurrectio pulchrè est depicta.

Da exempla?

Sol uespero occidit, ac si perpetuò absurus, attamen manerurus oritur, Luna decrescit, ut tandem nihil uideatur, sed redit suo tempore. Homo cum dormit,

SYMBOLVM

Dormit, non dissimilis est mortuo, neque quicquam uo-
 rat, sed uicissim exergiscitur. Pulcherrimum in arbori-
 bus, cum florent, decidit, unde humana ratio collige-
 ret, nisi antea cognitum haberet, nihil spei esse reli-
 quum. Summa, omnes herbe, & quicquid semen in se
 habet argumentum est resurrectionis. Semen enim in
 terram proiectum putrescit, & tamen multiplices frum-
 entus profert, sicut Christus inquit Ioannis 12. Nisi gra-
 num frumenti deiecerit in terram mortuum fuerit, ipsum so-
 lum manet. Si uero mortuum fuerit, multum fructum affert.

**Quomodo autem resurgent mor-
 tui, qualibus corporibus?**

Respondet Paulus 1. Corinth. 15. & ait: Stulte, tu
 quod seminas non uiuificatur, nisi mortuum fuerit. Et
 hoc quod seminas, non corpus, quod nascetur, semina-
 tas, sed nudum granum, sed Deus illi dat corpus, ut non
 luit, &c.

**Quid hisce dictum uult Paulus
 uerbis?**

Incredulis eiusmodi hominibus exemplum Agricola
 monstrat is, cum serit triticum, quomodo de collo
 pendat eius uannus aut pannus, cui immittit manum
 proiciens ac spargens in terram semina, nequaquam
 hoc animo quod existimet perditum iri. Sed ut tempore
 ue aestatis copiose exuberet, pro uno manipulo decem
 pro

pro unoq; modio sex proueniam. Ac significat Paulus Deum quoq; esse agricolam, cui de collo pannus, quæ est totus mundus, pendeat. Si quando sementem facere libet nos adoritur peste, bello, aut alia insigni clade, secundo manum iniiciens, spargitq; semen filios hominum in terras, & quoscunq; arreptos, siue iuvenes, siue senes, siue pauperes, siue diuites, magni aut parui sint, dat neci. Non quod perpetuò in terris delitescant, & pereant. Verùm ubi uer æmœnum aduenerit, in nouissimo die pulcherrimè exornati, ueluti flores prodeant, & crescant, unde totus orbis capiat uoluptatem.

Quare autem omnino necessum est nos mori, & resurgere, an non alio nos pacto Deus seruare & saluare potuit?

Nos à prima creatione degeneres & mala uasa facti sumus. Ideo Deus nobiscum agit quemadmodum figulus, ut inquit Propheta Ieremias, cap. 18. Si quando olla in rota non ex sententia facta illi est, rursus subigit in massam, & in figulinam demittit foueam, ac inde aliam parat ollam, iuxta suum arbitrium. Sic quoq; Deus nobiscum agit, deiiciens nos per fatalem mortem in figulinam sodinam, sed in nouissimo die ab integro nos formaturus, ut hinc inde æternam ac beatam æquamus uitam.

Quæ

SYMBOLVM

Quæ est ergo huius articuli sententia?

Credo futuram resurrectionem mortuorum, in qua per spiritum sanctum resuscitabitur omnis caro, boniq; maliq;. Adeo ut eadem planè caro quæ exanimata, sepulta, resoluta, uarijsq; modis extincta fuerat, uitæ restitatur, & deinde æternum uiuat, quod est certissimum.

DVODECIMVS ARTICVLVS.

Quis est duodecimus Articulus?

Credo æternam uitam.

Quid hoc est?

Credo post hanc uitam fore sempiternam uitam piorum, & æternam mortem impiorum, quodq; meum omniumq; hominum corpus à uermibus corrosum & corruptum, absumptum, aut alio quouis pacto resolutum, à resurrectione æternum uiuet. Mali quidem cum Diabolo in igni æterno. Boni uerò cum Deo in æterno & beato gaudio.

Quotuplex est uita?

Duplex, temporaria terrestris, & cœlestis immortalis uita.

Quæ humana & temporaria uita?

Nihil præter figuram et umbram ad futuram & perennem collata, est militia quædam & quotidiana dimissio & pugna Iob 7. Peregrinatio, iter, & transitus

ex hac uita. Imò uelocissimus quasi cursus ad mortem
 quicumq; prior ad metam & prescriptum uenerit ter-
 minum, optimè de se actum putet, quòd multis mole-
 stis, & curis exemptus, extraq; aleam fortune possi-
 tus, immunis ab omnibus sit calamitatibus.

Nam tamen si longa nobis contingat uita, haud uno-
 quam tamen meliores erimus: tentationes, noxia exem-
 pla, & malorum irritamenta, adeo ubiq; sunt obuia &
 omnia referta. Quàm diu hic uitam agimus, nulla no-
 bi, à Sathana, Mundo, & propria carne, quies aut pax
 conceditur, una semper calamitate aliam excipiente.
 Sathan infidiatur & corpori & anime. Mundus im-
 munda suppeditat pessimorum morum exempla, &
 scandala. Seclerati homines etiam frustum panis no-
 bie inuidem. Si dignitate & honore floremus, non ces-
 set mundus, priusquam nos de gradu deiciat, & ad ni-
 bilum redigat. Si Dei benignitate, bona ualitudine,
 comoda uxore, liberis obsequentibus, fida familia, pa-
 tris amantibus uicinis utimur, multos habemus osores
 & animo iniquos.

Si præterea Dei uerbum habemus, & ueritatem amo-
 limus, tum primùm Diabolum unà cum omnibus suis
 sectis insensissimè nos obseruantem, & ex insidijs ado-
 riantem experimur, qui nihil non tentant, quo nos à
 Diuina ueritate seducant, & Diabolicis doctrinis
 humanisq;

SYMBOLVM

humanisq; somnijs, & erroribus inficiant & imbuta
 Et profectò miser & dolendus hic est status, ut prouer-
 bio tritum, homo bulla.

Quis hoc dicit?

Iesus Syrach de hoc conqueritur 40. cap.

Vita hominum misera ac fragilis res usq; caduca
 Matris ab aluo adeo donec obibit humam.

Donec iterum terræ mandemur, quæ omnium ma-
 ter est. Ibi perpetua sollicitudo, metus, spes, & postrea
 mò mors tam apud eum, qui in summis honoribus est,
 quàm apud eum, qui infimæ sortis est in terris, tam æ-
 pud illum qui byssinum & coronam gestat, quàm apud
 illum, qui rudibus pannis indutus est, Iob. 14. Homo na-
 tus ex muliere, breui uiuens tempore repletur multis
 miserijs, ueluti flos egreditur, & rursus decidit, instat
 umbre fugiens nequaquam mansurus. Et Paulus dicit
 Rom. 7. Quis me liberabit ex hoc corpore morti oba-
 noxio.

Quia uerò homo in terris miseram
 adeo uiuit uitam, satius uideatur mori
 ri quàm uiuere?

De conditione miserrimæ & fugacissimæ huius uitæ
 conquesti sunt Iudæi pariter, Christiani & Ethnici,
 ut in libro Sapientiæ 9. scriptum extat. Mortale car-
 nus grauat animam, & terrenum domicilium turbatos
 primum

premit sensus, & Cicero inquit, *Quamdiu in corporis articulis conclusi sumus, multa sunt nobis mala ferenda.* Et Moses, Ps. 90. *Dies annorum nostrorum sunt septuaginta anni, aut ad summū octoginta.* E quibus quod optimum est, est molestia & labor, transitus enim celer est, & axolamus. Humana uita perinde se habet uti si captiuus in carcere, muris septus, & uinculis collo, manibus, pedibusq; iniectis, ut nusquam pateret exitus. Tandem muri corruerent, uincula soluerentur, liberq; euaeret, quocunq; libitum esset. Sic planè accidit in morte hominis, tum enim muri corporis per mortem fatalem corruunt, uincula soluuntur, & dubio procul caro peccatrix nusquam cōmodius erit quàm in terris, quò spiritus liberum accessum ad Deum habeat, ut Ecclesiastes Salomonis inquit 12. cap.

Omnino igitur nobis est moriendum?

Sic dicit Epistola ad Hebræos: *Semel homini constitutum est mori, Deus animam corpori hac conditione infundit, ut sibi reposcenti obsequium præstaret.* Non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus Heb. 13.

Et ad Philip. 3. inquit Paulus: *Nostra cōuersatio in cœlis est, ex quo & seruatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrum humile, ut conforme reddat corpori suo glorioso.* Cœlum

SYMBOLVM

nobis patria est eò transferendi in uitam eternam. Mor-
taliū omnium gemitus & desyderia, & uota cōspici
flant maximè, ut hac calamitosa ac periculosa pie dea
fungantur uita, imò nō homines solū, sed omnis crea-
tura congemiscit, simulq; nobiscum parturit & r. Res-
ma. s. Et in summa: Spiritus noster, neq; quietem agere,
neq; pace frui poterit, priusquam ad suum redeat fontem
et originem, unde profectus est. Nempe ad Deum.
Sicut quolibet res naturali fertur motu, donec in suo
um peruenerit locum.

Vnde sunt isti gemitus nostri?
Nos unum sumus corpus cum Christo, Christus uer-
rò, nostrum caput, nos eius membra: At iam caput supra
in cœlis sedet. Ad hæc pars potior nostri cor & mens,
Spiritus & Anima contemplatione in cœlestibus agit,
tantum siliquæ & putamina restant, hoc est, corpus no-
strum terræ mandandum, ac nouissimo resuscitandum
& tandem adducendum, ut ubi est caput, ibi quoque
membra, ubi Dominus ibi quoq; ministri, ubi magister
ibi itidem discipuli, ubi pater ibi item filij sint. Hinc no-
stra suspiria, hinc illæ lacrymæ. Sic inquit, 42. Psal.
Sicut ceruus desyderat riuos aquarum, sic anima mea
desyderio ad te rapitur. Et Paulus ad Philip. 1. Cupio
dissolui & cum Christo esse.

In quot partes homo est distri-
butus?

In duas: Corpus & Animam, Deus hominem in hunc mundum tanquam in medium constituit, inter tempus & eternitatem, & de utraq; homini partem attribuit: Corpus à Tempore, Animam ab eternitate, Corpus mortale, anima immortalis, Temporaria uita omnium similis, sed eterna uita admodum dissimilis.

Quam ob rem isthuc?

Duplex est eternitas. Vna eternitas gaudij supra in caelis omnibus pijs, uerè religiosis, beatis, & electis hominibus consecrata.

Altera est poenae eternitas in inferorum profunditate omnibus facinorosis, incredulis, impijs & damnatis hominibus dedicata.

Quae est causa huiusce dissimilitudinis?

Quemadmodum homo hic in terris, in praesenti uita erga res temporarias & euanidas fuit affectus, sic tandem eternitas illi post hoc tempus accommodabitur. Mirum, si homo moriatur totus occupatus amore & cupiditate creaturarum, Deum & saluatorem suum Christum obliuioni tradens, eternam ad damnationem peruenit. Et quanquam illic longissimè ab huius mundi creaturis semotus est, anxie tamen cupit frui eis, nec potest. Nec ad creatorem perueniendi copia est, ex quo ortum traxit. Quae & damnatorum summa est poena & cruciatus.

SYMBOLVM

Sin autem homo simplici ac summissio, adeoq; ab omnibus creaturis libero animo, à solo Deo tanquam à summo bono pendens immoritur, æternis gaudijs & quiete excipitur. Vbi enim creaturarum desertio, ibi Deus habitat in præsentibus & in æternum. Vbi autem desiderium creaturarum cepit, & tenet animum, ibi Deus non possessor animæ esse potest, sed sathan ibi manet in præsentibus & futuro. Id quod satis arguum exempla de diuine Luc. 16. & de Iuda proditore.

Quid ergo nobis factò opus est
ut rectè agamus?

Rebus præsentibus bona fide, in fiducia, & cum gratiarum actione erga Deum utemur, tum in altero seculo non deerunt nobis æterna bona. Hic necesse est nos laborare, & facere officia, quemq; in sua uocatione hereditatem adiuuando diligenter colere & conseruare, sicut in Baptismo nouimus, illic solennes agemus ferias. Hic est tempus laboris, illic tempus præmij. Qui hic exiciatur, illic cum dolore & anxietate æternum laborabit. Qui uerò hic laborat, in sudore sui uultus panem comedens, illic perpetuò quietus erit, & solida gaudij surus gaudia. Sicut 126. Psal. inquit: Qui seminant in lachrymis, cū exultatione metent. Euntes eum & flectentes, portantes preciosum semen. Et uenientes ueniens eum exultatione, portantes manipulos suos.

Quid

Quid philosophi & prophana
corda de beatitudine & æter-
na sentiunt uita?

Habent illi quidem uarias opiniones. Quidam felici-
tatem posuerunt in magna potentia, ut Alexander Ma-
gnus. Quidam in diuitijs, ut Cræsus, Mydas, Attalus.
Quidam in fortitudine, ut Hercules, Hector, Achilles.
Quidam in uenustate, ut Absolon. Quidam in uolupta-
tibus carnis, ut Sardanapalus, Curtius Romanus. Qui-
dam in crapula & ebrietate, sicut Philoxenus, qui opta-
bat sibi dari collum gruis. Sed omnes aberrarunt.

Quid scriptura de uita æterna
sentit?

Sic inquit Daniel cap. 12. Multi ex his qui dormi-
unt in terræ puluere, euigilabunt, quidã in uitã æter-
nam, quidam in æternum opprobrium et ignominiam.

Et Christus dicit Matth. 22. Deus non est Deus mor-
tuorum, sed uiuorum. Et Ioan. 17. Hæc est autem uita
æterna, ut cognoscant te solum Deum uerum, & quem
misiisti Iesum Christum. Et Ioan. 12. Pater ipse mihi man-
datum dedit, quid dicam, & quid loquar. Et scio quòd
mandatum eius uita æterna est. Et Ioannis 3. Qui crea-
uit in filium, habet uitam æternam. In hanc æternam
uitam Deus suos in nouissimo die ducet electos, sicut
Christus inquit, Matthæi 25. Iusti in uitam æternam
ducuntur.

SYMBOLVM

An hoc quoq; sic certò futu-
rum?

Quicquid scriptura in Prophetis & Psalmis, de Christo futurum prædixerat, id omne impletum est. Christus homo factus, crucifixus, mortuus, & sepultus, resurrexit à mortuis, ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei patris, suam Ecclesiam congregat per spiritum sanctum, & in suo uerbo conseruat, pascit, ac nutrit eam suis Sacramentis &c. Si quid ergo reliquum, id quoq; fieri necesse est. Nempe quòd uenturus est ad iudicandum uiuos & mortuos, quòd omnis caro resurgat, & Deus impios in æternum deturbabit ignem, & electos in æternam ducet uitam, id quod est longè certissimum.

Qui sunt electi Dei filij?

Qui sine intermissione Deum suis deuotis precibus sollicitant & fatigant, fidei constantiam, charitatem, spem, patientiam, uariâq; sancti spiritus dona & gratiam orantes.

Deinde dono acceptam fidem sedulò erga Deum, absq; ulla incredulitatis, superstitionis, fascinatiõis, illusionis, aut aliorum Sathane prestigiorum commixtione exercentes. Mox etiam fructus fidei, & opera charitatis & misericordiæ, officiaq; erga proximum præstantes, famelicos pascendo, sitientes potando, nudos uestiendo, infirmos uisitando, exules & peregrinos

nos suscipiendo hospicio: deniq; si studeant seipso im-
 maculatos seruare, in assidua uersari mortificatione,
 Euangelicam religionem moribus exprimere, omnibus
 hominibus bonum exemplum & ansam dare, ut Deum
 optimum maximum summis uehant & extollant laudi-
 bus. Sicut Christus Matth. 5. ait: Sic luceat lux uestra co-
 ram hominibus, ut uideant uestra bona opera, glorifi-
 cent; patrem uestrum, qui est in caelis. Hicce Christus
 dicit. Venite benedicti patris mei, possidete regnum pa-
 trum uobis ab exordio Mundi. Regnum nimirum ae-
 ternae pacis, aeternae laetiae, claritatis, & beatitudinis,
 & regnum aeternae uitae: ad quod nos quoq; perducatur
 Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

TERTIA PARS CATECHISMI.

Qua de re tertia pars Christianae
 doctrinae tractatur

DE ORATIONE.

Quid est oratio?

Est mentis eleuatio, & ex animo deprompti gemitus,
 & desideriumq; spiritus ad Deum. Et est quasi scala
 qua nitimur in caelum ante faciem Dei nostras calamita-
 tes conquestum ascendentes.

S Y M B O L U M

Vbi id literis celebratum?

Sic inquit Iesus Syrach 35. Oratio afflictorum penetrat nubes, neque cessat, quin ad Deum perueniat, & exaudiat, donec altissimus respiciat.

Quid uocas orare?

Orare significat cum Deo colloqui, nostramque necessitatem quasi quadam querele exponere.

Quomodo orandum est?

Luc. 11. Primum ardenti indefessoque animo orandum & pulsandum. Deinde sedulo & acriter instandum, sicut uidua, Luc. 18.

Tertio submisso & humili animo confessionemque peccatorum, sicut Publicanus Luc. 18.

Qualis debet esse oratio?

Occulta & breuis: Occulta quidem, ne honorem & gloriam Mundi, sicut Pharisei soliti, uideamur querere. Et ut animus à curis huius seculi segregatus, solique Deo intentus sit.

Vbi id proditum scripturis?

Matth. 6. inquit Christus sic: Cum oraueris, non eris quemadmodum Hypocrite, qui solent in conciliabulis, & in angulis platearum stantes orare, quo conspicui sint hominibus. Amen dico uobis, quod habet mercedem suam. Tu uero cum oras introito in conclaui tuam, & occluso ostio tuo, ora patrem tuum, qui est in occulto: & pater tuus, qui uidet in occulto, persoluet tibi in proa

in propatulo. Ac porro addit. Verum orantes ne suis multiloqui, sicut Ethnici. Putant enim fore, ut ob multiloquium suum exaudiantur. Ne igitur similes efficiamini istorum. Nouit enim pater uester, quibus rebus opus sit uobis, priusquam petatis ab illo.

Quam latè patet oratio?

Pertinet ad omnes Christianos. Non enim nobis in manu est orare aut omittere preces. Sed æquè est præceptum Dei atq; reliqua, quando præcipit Deus: non habebis Deos alienos coram me. Honora patrem & matrem, &c.

Vbi id scripturis expressum?

Matth. 7. dicit Christus Imperatiuè, seu Imperandi uerbo: Petite, & dabitur uobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.

Quem spectat oratio finem?

Eò spectat, nimirum ut assiduè precibus diuinis fatigemur, ac obtundamus aures, ut fidem & præceptorum satisfactionem nobis præstare dignetur, nos sustentet, atq; auaros prouchat, tum quicquid ad eam nobis impedimento est, id omne clementer tollat è medio.

Quid nos ad orandum impellat?

Tria sunt quæ nos potissimum moueant. Primum quia Deus iussit suum nomen in omnibus aduersitatibus inuocari & orari. Deinde quia promisit se nostras preces

DE ORATIONE

preces exauditurum. Tertiò quia ad salutem nobis necessaria (pro quibus rogandus est in præscripta forma Dominicæ orationis) ipse aperuit & dilucidè expetiuit.

Quomodo igitur orandum, ut oratio nostra exaudiat?

Primum oremus in fide, freti promissione diuina. *Iac. 1.* Quòd si cui uestrum sapientia deest, postulet ab eo qui dat, nempe Deo. Sed postulet cum fiducia, nihil hesitans.

Deinde in nomine Iesu Christi fundenda preces, *Ioan. 16.* Amen dico uobis, quæcunq; petieritis patrem, sub nomine meo, dabit uobis. Tertiò in spiritu & ueritate orandũ, ex animo ductis gemitibus. Attamen ad ista conditione, Si Deo placuerit. *Psalm. 145.* Dominus propinquus est omnibus ipsum inuocantibus. Omnia inquam in ueritate cum inuocantibus. Quartò nostrã necessitatem & casum exponemus. Haec participia sibi in oratione fuerint, fieri non potest, quia ea exaudiat. Omnia enim credenti possibilia. *Marc. 9.*

Qui fit, multos a deo multum orare, nec tamen exaudiri?

Non querunt Deum in suis uerbis ac promissionibus, in quibus se exauditurum pollicitus est. Nisi enim Deus ultro promississet se admissurum auribus preces,

ne omnes quidem creature cunctis suis precationibus, flagitationibus, ac clamoribus, uel guttulam aquæ, uel granum minutum à Deo impetrarent. Sed nobis ceram proposuit propitiatorium Iesum Christum, per quem omnia impetramus, etiam peccatorum remissionem, & uitam æternam.

Iudæi uerò quomodo Deum apprehenderunt in ueteri Testamento, necessitatibus eos ad precandum impellentibus?

Deum sua promissione patribus suis facta & emittente ratione patrum suorum ex Ægypto apprehenderunt. Sic Moses egit, cum Deus Iudæis irasceretur propter uituli adorationem, in deserto, uelletq; omnesq; extinctos, & Moysen constitutum Dominum maioris multitudinis. Moses boni principis & mediatoris officio fungebatur commemorans diuinas promissiones Abrahamæ suo patri factas, & ait: Quare Domine irascatur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, cum uirtute multa ac cum malo forti? Precor te, ne facias, ne dicant Ægyptij, domum tuam eduxit eos, nempe ut occideret eos in montibus, & ut consumeret eos de superficie terræ. Auerte à furore iræ tuæ, & pœniteat te mali huius contra populum tuum. Recordare Abraham, Isaac,

DE ORATIONE

Haec, & Israël, seruatorum tuorum quibus iurasti per te
metipsum, & dixisti ad illos, multiplicabo semen uest-
rum, sicut stellas caeli. Et uniuersam terram istam, de
qua dixi: dabo semini uestro, & possidebunt in seculum.

En quomodo hic Deus elabatur, quin dilectum su-
um Moſen exaudiret, qui ipsum suis uerbis, ac pro-
missis apprehensum, & conclusum tenebat, quaeq; im-
mota Deo sententia stat memoranda.

Num plura eiusmodi extant ex-
empla in scripturis?

Rex Manasse. 2. Chronic. 33. cum propter sua pec-
cata ferreis cathenis captiuus in Babylonia teneretur,
diuinam promissionem patribus factam arripiebat, ut
eius declarat oratio, & exaudiebatur.

Quare autem Noah ante diluuium
non exauditus fuit. Et Abraham cum
pro Sodomis intercederet?

Nullam habebant diuinam promissionem qua Deum
apprehenderent. Ideo ira Dei grassabatur.

Nos autem qui Christo nomen dedie-
mus, quomodo Deum in necessitate
apprehendamus?

Vnicum eius filium Iesum Christum nostrum Pontifi-
ficem, Mediatorem, & Aduocatum, reconciliatorem
& Intercessorem complectamur. Per illum enim Deum
nobis

Nobis promisit gratiam, & pacem, remissionem peccatorum, & uitam eternam. Is ubi & quàm diu in medio stat, Deus irasci nequit, ibi tum meram & copiosam gratiam ac exauditionem adesse necesse est, id quod nobis est longè certissimum. Roma. 3. 1. Ioan. 2.

Num licet absque mediatore ad Deum accedere & orare?

Sic inquit Christus, Ioan. 16. In illo die sub nomine meo petetis. Et non dico uobis quòd ego rogaturus sim patrem pro uobis. Ipse enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis quòd à Deo exiuerim.

An æquas quoq; aures Deus præbebit orantibus aliquid in nomine duodecim Apostolorum, Patronorum, aut alius cuiuspiam sancti?

Nullum extat mandatum aut uerbum Dei, quo sanctos aut Patronos inuocare iubemur, neq; sanè ullam est inuenire promissionem, Deum nobis adfuturum. Quicquid autem extra Dei uerbum docetur & oratur, incertū est & iniustum. Siquidem omnino patrone eorum Deo utemur, dilectissimum eius filium Iesum Christum illi proponemus, in quo solo benè placitum est illi.

Quomodo autem inuocemus Deum? quibus uerbis? qua orandi forma?

DE ORATIONE

*Et ipsa quam Christus Matth. 6. edocuit. Sic oranda-
 dum: Pater noster qui es in cœlis, Sanctificetur nomen
 tuum. Adueniat regnum tuum, fiat uoluntas tua, quem
 admodum in cœlo, sic etiam in terra. Panem nostrum
 quotidianum da nobis hodie. Et remitte nobis debita
 nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Et
 ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo.
 Amen.*

*Vnde hæc nobis fiducia, ut Deum
 Patrem appellemus, cum tamen non
 ex Abraham, sed ex gentibus origi-
 nem trahamus?*

*Promissio Abrahæ facta, non minus ad nos attinet
 quam ad Iudæos. Sic enim inquit Deus: In semine tuo
 benedicentur omnes gentes, Deus æque est gentium at-
 que Iudæorum. Ideo hæc oratio non solum Apostolis
 et discipulis Christi, sed omnibus Christianis tradita,
 qui ex gentibus et Iudæis in Christum credunt.*

Vbi id notatum literis?

*Sic ait D. Paul. Gal. 3. Omnes filij Dei estis, per fi-
 dem in Christum Iesum. Hic non est Iudæus, neque Græ-
 cus, non est seruus, neque liber, non est masculus nec fe-
 mina. Omnes enim uos unus estis in Christo Iesu, &c.
 Et Gala. 4. Quoniã autem estis filij, emisit Deus Spiritum
 filij sui, in corda nostra clamantem: Abba pater.*

Quot

Quot partibus cōstat Dominica oratio?
 Tribus: Præfatione, Septem petitionibus, & Con-
 clusione.

Quid uocas præfationem?

Pater noster qui es in cœlis.

Quas septem petitiones dicis?

1 Sanctificetur nomen tuum.

2 Adueniat regnum tuum &c.

3 Fiat uoluntas tua, quemadmodum
 in cœlo, sic etiam in terra.

4 Panem nostrum quotidiana-
 num da nobis hodie.

5 Et remitte nobis debita no-
 stra, sicut & nos remittimus
 debitoribus nostris.

6 Et ne nos inducas in tentationem.

7 Sed libera nos à malo.

Quam dicis conclusionem?

Amen:

Quid in exordio agimus, di-
 centes: Pater noster qui es in cœlis? &c.

Confitemur nos placatum Deum ac Patrem habere,
 cum quidem suprâ in cœlis, & miseros nos hic in
 milio desertos, sub maximis nostris inimicis Sathana,
 Mundo

DE ORATIONE

Mundo, & propria carne agere, unde sequitur ingens desiderium & ex animo de prompti gemitus, cum in hunc modum ad eum Patrem corda attollimus, ac clamamus: O dulcissime pater, tu es supra in caelis, nos miserias calamitosi filij hic in terris: tu es in gaudio, nos in moerore & afflictione: tu es in pace, nos in omnis generis periculis, Pater optime, tu sanè nos in filios tuos adoptasti, teq; ipsum nobis patrem dedisti. Esi nunc peccata abs te defecimus, nihilominus in te speramus, uti miseri filij in pium suum parentem. Ne sinas nos in exilio perire. Ad sis nobis tua gratia, et paternum tuum amorem in nostra transfunde pectora, ut te unanimes, sicut germanos fratres & sorores decet, lepidum patrem agnoscamus & nos tuos perhibeamus filios. Docce nos solummodo caelestem petere hereditatem, ne temporaria patria, & terrena hereditas nos circumvenire interpellat & remoretur. Verum ut ex toto animo, omnium cura, mente & uoluntate, caelestem optemus & quæramus patriam, & tandem re ipsa consequamur.

Quare patrem appellamus?

Idco quòd nos sibi adoptavit filios, paternamq; pietatem ac clementiam promisit. Ac per Iesum Christum filium suum, omnium suorum bonorum heredes instituit. Deniq; nobiscum pro sua gratia ac misericordia, ut pater erga suos liberos affectus, placidissime ad sua

TUS.

Quare

Quare dicimus: Pater noster?

Quod Christus nos uult admonitos, oēs nos fratres & sorores esse, sub uno patre, eiusdemq; regni & hæreditatis participes. Ideo nemo se alij præferat, sed fraternitatem inuicem inuamur, & ut dilecti filij Dei mutuis officijs certemus, opem quibuscunq; poterimus rebus altero citroq; ferentes.

Cur dicimus: qui es in cœlis, cum tamen ubiq; sit locorum?

Ut animum, mentem & affectum à terrenis rebus & corporali patre auocemus & sedulo cœlestia affectemus bona, adq; Patrem omnis misericordie toto impetu & desyderio rapiamur. Iuxta primum præceptum, quod præcipit, ne alibi auxilium & consolationem, quam apud solum Deum optatissimum parentem nostrum, queramus.

Quid Pater, uocabuli est?

Pater est uox fidei: Qui cum Deo agit precibus & eum patrem nominat, optima quæq; sibi de Deo pollicetur, uti presentissimum auxilium ac consolatio est, prinde ut pius de suo patre. Est quoq; Pater uox beneficij: ut dici solet, me ut suum filium complectitur, hoc est, tam se pium ac placidum præbet mihi, ut pater soli filio se perhibere.

Noster, qualis uox est?

o

Noster

DE ORATIONE.

Noster est uox fraternæ charitatis, ac officij, quod inuicem præstare debemus. Quicumq; enim dicit, non ster, non querit suum, sed aliorum hominum commo- dum, & utilitatem.

Quid autem hoc uerbi est, Qui es in cœlis?

Est confessio diuinæ potentie, & ingens clamor & desiderium filiorum Dei in terris orantium, ut sibi aliquando cū suo patre in cœlestibus, ereptis ab omni calamitate, & exilio, agere: in suiq; patris sinu ac ula nis conuiescere, sua hereditate deniq; cum gaudio perfrui liceat.

DE PRIMA PETI- TIONE.

Quot continet petitiones Domini-
nica oratio?

Septem, Cyprianus appellat septem Titulos ac nota ignominie, nostræ, quam in terris degimus, uitæ.

Quæ est prima petitio?

Sanctificetur nomen tuum.

Hoc quid est dictum? uerba non
satis intelligo?

Tantundem est, ac si dicamus: Cœlestis pater, sic
quæso, ut tuum modo nomen sanctum sit.

Quæ

Quare hæc est oratio, an non antè nomen eius sanctum est?

Imò uerò nunquam non sanctum est in sua essentia, et nostro in usu non sanctum est.

Qua ratione isthuc?

Hæc nimirum: Non uiuimus semper, ut filios Dei deus, id optimo nostro parenti cedit infamiae & dedecori, ut qui prauos ac degeneres habeat liberos, qui & uerbis & factis illi seculò aduersentur.

Quid est nomen Dei?

Hebræa lingua multa Deo adtribuit nomina, sed Germani uno appellant Gott, tanquam summum bonum. Nemo enim bonus est, nisi unus, nempe Deus, Matih. 19.

Quod sibi nomen Deus esse dixit, à Mose rogatus?

Exod. 3. Respondit Mosi: Sum qui sum, quo significauit Deum esse incomprehensibilem, principioq; sine careere.

Quo nomine eum Isaias propheta appellat?

Nono cap. Deum adpellat Admirabilem, Consiliarium, Virtutem, Heroa, Patrem æternitatis, Principem pacis.

Quare admirabilem?

DE ORATIONE

Quia eius regnum non est uisibile, ut alia in terris regna, sed tantum creditur & animis percipitur.

Quare consiliarium?

Quod uenerando suo uerbo, & spiritu in omnibus necessitatibus consolari, ac consulere potest omnibus ijs, qui sunt afflicti & consternati.

Quare uirtutem?

Quod in tentationibus constitutos, aut lapsos subleuare, & erigere potest.

Quare Heroa?

Quod suos tutari nouit ab omni incurssione, & impetu, etiam portarum inferni. Et ab omnibus suis hostibus uictoriam reportauit.

Quare aeternum patrem?

Quod suis dilectis filijs perpetuo uult adesse auxilio, uti pius pater, hic & illic, in presenti et futuro seculo.

Quare principem pacis?

Quod animas moestos consolatur, & afflictis securitatem praestat conscientijs, ut credant certificati se propitium Deum & Patrem habere.

Num plura Deo sunt nomina?

Sanè uerò: Dicitur Omnipotens, Iustus, misericors.

Quare omnipotens?

Quia cuncta in sua habet manu, & nemo quiquam contra eum ualet.

Cur

Cur iustus?

Quia peccatores iustificat, & quosq; iudicat secundum sua opera.

Cur misericors?

Quia misericordiam exhibet omnibus, qui in ipsum credunt, ac confidunt, ipsum timent & diligunt, in mille usq; generationes, eiusq; misericordiae non est finis aut numerus.

Christus, quo se nomine in Evangelio nominat?

Varijs sanè nominibus se prodit, Lucem, Viam, Veritatem, Vitam, Vitem, Gallinam & bonum pastorem se dicitans.

Quid significat sanctificare?

Sanctificare dicimus, cum res ab omni usu prophano exempta, ad pios & sacros usus convertitur.

Da exempla?

Segregavit Deus Iudeos à gentibus, per circumcisionem & certas quasdam caeremonias, præcipiens illis, ut sancti essent, quandoquidem ipse sit sanctus.

Quare Ecclesia sancta dicitur?

Quòd ab omnibus peccatorum maculis per Christum repurgata est, & ab omni prophana conversatione segregata, soliç; Christo desponsata ac incorporata esse debet.

DE ORATIONE.

Adeone nos sanctos ac puros esse necessesse est, id quod in hac uita longè est difficillimum?

Si cum Christo una massa, unum corpus, uniusq; spiritus esse uolumus, necesse est corruptam naturam nostram aboleri, & per spiritum sanctum nos regenerari, ut confirmes siamus filio Dei.

Quid ita isthuc?

Videmus, si quando filius non refert patrios mores, sed degenerat à sui patris probitate, ac sit praefractus & intractabilis, summo id esse dolori, & acerbitati patri. Imò si filius malus esse pergat & perseueret, à patre abdicatur, ne sit futurus heres.

Qui potis est fieri, ut tantam sanctitatem ac puritatem consequamur, ne ullum in nobis uitium perentiscamus?

Quandiu ueterem Adamum in humeris circumferimus, subinde peccatum irruptionem facit, ac manet illa lucta & certamen dum uiuimus. Verum si in Christum credimus, peccatum propter Christum nobis non imputatur.

Quid hic uocas sanctificare?

Significat idem quòd Dei nomen laudare, gloria & honore afficere, cum uerbis tum factis.

Quos

Quomodo nomen Dei in nobis
sanctificatur?

Cum & doctrina & uita nostra iuxta diuina de
Christiana fuerim adeo, ut in omnibus ita nos geramus
& perhibeamus, ut equum est probos liberos, ne Deo
dedecori, sed laudi & honori simus.

Quo pacto nomen Dei in nostra
doctrina prophanatur?

Bisariam: Primum, quando sub diuini nominis præ
textu id prædicatur, docetur ac dicitur, quod tamen
falsum atq; erroneum est, ita ut eius nomine sit coman-
dum, quò fiat uendibilis. Deinde, quoties scedè ac tur-
piter nomine Dei abutimur, peierando, execrando, ma-
le dicendo, periurando, incantando, &c.

Quomodo nomen Dei nostris mo-
ribus prophanatur?

Cum gloriamur & dicimur Christiani, profitentes
nos Dei habere uerbum, & esse filios Dei, nec tamen
moribus Christum exprimimus, sed sumus adulteri, ui-
uolenti, auari, inuidi, obreſtatores, maledici, tum no-
men Dei male audit propter nos.

Qui sic?

Iudæi, Turcæ, & gentes dicunt: Ecce an isti sunt
Christiani? Imò nequissimi & postatæ, adulteri, auari etc.
atq; sic nomen Dei propter nos cõtumeliæ, ac dedecori

DE ORATIONE

exponitur, ut audiat nos nō Dei, sed Diaboli esse filios.
Quid ergo mihi faciendum, ut
nomen Dei sanctificem?

Non eo modo ages, quemadmodum superbus Phari-
sæus, Luc. 18. qui se ipsum sanctificabat & prædica-
bat, & ceteros omnes præ se contemnebat homines, nec
non miserum peccatorem. Sed Publicanum imitere, ad
aram misericordiæ confugiens, & dicens cum Dauis-
de: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo ad
gloriam.

Quemadmodum mendicus ad diuitis ostium ueni-
ens, auxilium & consolationem expetens, ita ad Deum
quoq; accedendum. Dato illi honorem, tibi ignominia-
m, dicens: Equidem miser sum peccator, tu iustus: Ego
pauper, tu diues: Ego ovis perdita, tu bonus pastor:
propitius esto misero mihi peccatori. En hoc pacto
Deo quod suum est tribuis, nomenq; eius sanctificas, &
reputaris iustus.

Quid autem Pharisæi & Essenor- um genus facit?

Quia tantum sibi sanctimonie arrogant, tantamq;
uim habent honorum operum, ut alijs etiam uendant,
nomen Dei scelestissime prophanant, Deo suum hono-
rem suffurantes, uti ueri sacrilegi, ac sibi ipsi honorem
ad scribunt & manent perpetuo iniusti.

Quid

Quid oramus in hac prima petitione?

Ne nomen Dei abusu prophanetur, falsa doctrina, iurando, maledicendo, mentiendo, fallendo, incantando, alijsq; Sathanæ prestigijs, uerum ut utiliter & nobis saluti usurpemus ad Dei laudem gloriam, & honorem.

Quis est usus huius petitionis?

Vt ipsi admoneamur, & confiteamur nos miseros esse peccatores, qui nomen Dei sine intermissione prophanant, sumus superbi, auari, inuidi, &c. unde optimo nos iure Deus, tanquam immeritos filios, abdicaret, & tamen in eiusmodi confessione, terrore, ac pusillanimitate cum Dauide clamemus: Domine ne intres in iudicium cum seruo tuo &c.

An hæc petitio quoq; necessaria est?

Oppido: Cum enim in confesso sit. Mundum hisce periculosissimis & ultimis temporibus, propemodum infinitis sectis, & falsis doctoribus refertum esse, omnibus diuinum uerbum, suis diabolicis fraudibus prætentibus, non iniuria nobis indefinenter clamandum erit aduersus omnes adeò, sceleratè diuino nomine abulentibus, hoc est, æquè aduersus falsa docentes, & praua superstitione credentes, tum quicquid Euangelium & suam doctrinã temerè impugnat, ut sunt mitrati Epi-

DE ORATIONE

scopi, & quidam Principes, Phalaride nihilo mitiores, tum etiam insanientes ambitione Sectarij, alijq; ueritatibus impugnatores.

Ac nunc primum audio hanc petitionem perquam necessariam esse?

Sane quidem. In primis enim Christianis cura sit, ut diuino nomini suus habeatur honos, ut sanctè ac reuerenter tractetur, ueluti thesaurus noster optimus, unicum sacrum, utq; tanquam probi liberi precibus contendamus, ut nomen eius quod alioqui in caelis per omnia sanctum est, etiam in terris apud nos, inq; uniuerso terrarum orbe sanctum sit ac maneat.

Quis est Dei honor?

Ut Deum homo super omnes creaturas, siue in caelo, siue in terra sint, diligat & timeat, omnem spem ac fiduciam in eum collocet & firmiter credat, si Deus ipsum respiciat nullam creaturam ei nocere posse.

Quæ est ignominia Dei?

Si homo creaturas aut se ipsum iuxta aut supra Deum diligat, & formidet, suam fiduciam & spem in eos ponat, atq; sic Deo suum honorem surripiat, & furto auferat, id nomen Dei ignominia afficere dicitur.

Quæ est huius petitionis summa?

Tantumdem est ac si dicamus: Pater optime, qui es in caelis, fate mur nos quidem quòd sacrosanctum ac diuinum

num tuum nomen in hac miserrima uita, multis modis blasphematur, contumelia & ignominia afficitur, maledicendo, criminando, iurando, exprobrando, mendicando, & fallendo, per incantationes, falsa benedictiones, superstitiones, Idololatriam, & Hereses, & per falsa dogmata, perq; uicium turpissimum, ingratitude, quare pietissimè pater tua adesto gratia, presta nobis, ut sanctum tuum nomen per sacrum Verbum agnoscamus, & ex eo uerè Euangelicam uitam agamus. Custodi nos itidem suauissimè pater, ne falsa dogmata, & prophanis moribus te indignis tuum nomen sanctum prophanemus, aut adulteremus, ne temerè nominemus aut iuremus. Verùm hic in presenti & illic eternum laudemus, gloria & honore extollamus, & sanctificemus. Amen.

DE SECUNDA PETITIONE.

Quæ est secunda petitio?

Veniat regnum tuum.

Quid hic petimus?

Precamur à Deo patre nostro, ut Diaboli regnum quo tenemur captiui, uelit deuastare: suum regnum in nobis inchoare, statuere, & administrare per sanctum Spiritum in iusticia ac ueritate.

Sunt ne igitur duo regna?

Sunt:

DE ORATIONE

Sunt: Diaboli Regnum, & Dei regnum.

Quod est regnum Sathanæ?

Tenebrosus Mundus. Nam Christus Diabolum Mundi principem appellat Ioan. 16. In hoc regno est merum peccatum ac scelera, dedecus & crimina, superbia & auaricia &c.

Quid est regnum Dei?

Regnū Dei est, regnū gratie, eterne glorie et uite.

Quod est regnum gratiæ?

Est solida iusticia, pax & gaudium conscientie, in spiritu sancto, & remissio peccatorum.

Quomodo uenit regnum gratiæ?

Quando nullum in nobis regnat peccatum, omnia uicia eijciuntur, ac extinguuntur, adeo ut totum corpus una cum omnibus uiribus, & potentijs corde & animo, mente ac uoluntate, cogitatis, uerbis & factis, Deo subiectum sit, & Christus per fidem, charitatem, spem, & patientiam &c. in nobis habitet, & in nobis regnet, suo spiritu, & donis, per sacrum & diuinum suum uerbum.

Quod est regnum gloriæ?

Est eterna uita.

Quando uenit regnum gloriæ?

In nouissimo die quo caelum & terra pre calore lisquescent, & omnia exurentur, & Deus caelum nouum terramq; nouam, in quibus iusticia inhabitat paraturus.

Quo-

Quomodo regnum Dei ad nos uenit, aut ubi est inuenire?

Non opus est transcurso peregrinantibus Romam, aut ad Diuum Iacobum, aut trans mare: Sed regnum Dei in uobis.

Vbi id proditum memoria?

Luc. 17. inquit Christus ad Phariseos: Non ueniet Regnum Dei cum obseruatione, neq; discere ecce hic, ecce illic. Ecce enim Regnum Dei intra uos est, hoc est, Regnum Dei non situm in operibus, neq; certis temporibus, locis, personis, uestibus, aut cibis alligatum, sed uere uersatur in fide & charitate.

An non igitur regnum Dei per humana opera aut merita uenit?

Non sane: Sed falsam istam opinionem uecordes, Sacerdotes & Papiste in Ecclesiam inuexerunt, & propemodum totum Mundum ea deceperunt: Hoc procul dubio uerum est: Qui uerbum Dei acceptat, & credit in Iesum Christum, Regnum Dei consequitur & saluatur. Marc. ultimo.

Si quando igitur regnum Dei per Euangelium ad nos uenit quem adfert fructum?

Sathanam eiecit cum toto suo imperio, liberat nos a peccatis, morte, & orco, nos iustos ac gratiosos coram Deo

DE ORATIONE

Deo facit, ac tranquillam reddit conscientiam, producit ac alit in nobis bonam fiduciam in Dei gratiam, ac misericordiam, nouas creaturas & filios Dei nos format, ac fingit ad charitatem patientiam & ueram religionem prestandam, in spem uitæ æternæ erectos.

Atqui peccata solum & eorum impetus in nobis sentimus, quomodo potest igitur Dei regnum adesse: in eodē enim subiecto simul esse nequeunt.

Peccatum & tentationes per sentiscere bonum est indicium, quòd Dei regnum adsit aut certe breui exoriturum. Nam peccata sua experta & cognita habere, primus est gradus ad resipiscentiam, et iustificationem, ut in publicano Lucae 18. apparet.

Quo pacto regnum ad nos peruenit? Duplici ratione: Semel per uerbum, & fidem: Deinde per reuelationem.

Num utrunq; horum petimus?

Ita sanè: Primum precamur, ut ad eos ueniat, qui nondum subiecti sum. Deinde ad nos quoq; ueniat quotidianis incrementis auctum, & in futuro in uita æterna reuelandum.

Quæ est forma huius petitionis?

Sic habet sensus: Charissime pater, Precamur te, ut des & conserues nobis primum tuum uerbum, ut sciamus

trum Euangelium purè atq; sincerè, per totum orbem
 predicetur. Deinde, ut per fidem quoq; susceptum in
 vobis operetur & uiuat, ut ita regnum tuum inter nos
 cretum floreat, per uerbum, ac uirtutem sancti spiri-
 tus. Ut regnum Sathane abolitum funditus extirpe-
 tur, ne quid iuris, aut potestatis amplius in nos habeat,
 donec tandem prorsus subuersum, Peccato, Morte, &
 Tartaro extinctis, quò nos in perfecta iusticia, ac felicia-
 tate æternam uiuamus.

Quantum audio non rem exi-
 quam hic petimus?

Sane quidem: Non frustum panis hic oramus aut
 rem aliquam temporariam & transitoriam, sed pro æ-
 terno thesauro cuius precium est inestimabile. In
 quò omnibus que Deus est, possidet, & potest.

Qui humanus audet animus se at-
 tollere ad tantas res petendas: ni-
 mis alta petitio est?

Nisi ipse Deus uobis autor esset suo mandato, omnes
 creature in celo, & in terra non ausint oculum aut
 manus ad Deum leuare ad precandum, at nunc ipse hæc
 petenda in mandatis dedit, seq; daturum recepit.

Adeone delectatur tot & tantas
 ab ipso res peti?

Quoniam diues & omnipotens est Deus, eum sibi
 etiam

DE ORATIONE

etiam honorem uendicat, ut multò plura ac magnificentiora largiatur, quàm quisquam animo concipere queat, ueluti perennis & indefinens fons, qui quò largius effluit & exundat, hoc liberalius se effundit.

Nunquid irascitur Deus parum audacter ab ipso petentibus?

Maximè irascitur: Hoc enim Deo extremè contumeliosum est, tanta tamq; ineffabilia bona nobis offerenti et pollicitanti, si eius inexhaustam benignitatem contempserimus, aut parum præsentis animo precemur, aut prorsus animum, ac si nihil ab ipso accepturi simus, despondeamus.

Quid ita isthuc?

Audi similitudinem: Si Cæsar alicui mendico daret optionem petendi quiduis ab ipso, separatim esse regium munus largiri petenti. At ille uecors a finus non plus quàm aulicum panem è iure postularet, nonne merito homo ignauus & nequam habendus uideretur, ut qui per liberalem Cæsaris munificentiam sannis ac risu exceperet, neq; dignus esset, qui amplius in conspectum Cæsaris admitteretur. Ita Deus iure optimo nobis irascitur, si quando eius largissima promissa contempnimus.

Quid est in causa, quòd tam languidi & frigidi sumus ad orandum?

Omnia

Omnia hæc culpa impiæ nostræ incredulitati assignã
da: non tantùm bonitatis de Deo, sibi pollicenti ut uel
ventrem alat, ne dum tanta bona & immortalia se cõse
cuturam absq; dubio speret. Qui enim Deo corpus nõ
credit, nunquam crediturus est animam.

Quid igitur in hac re nostri est officij
ne peccemus?

Auersus tã foedam incredulitatẽ animos muniamus
presensissima fide & huic petitioni primas deferamus,
ita fiet, ut alijs omnibus procul dubio abundemus, sicut
Christus Matth. 6. Querite primum regnum Dei, tum
hec omnia adijciuntur uobis. Qui enim rerũ tempera-
rarum nos pateretur urgeri inopia, qui æterna & cœ-
lestia bona se nobis daturum persanctè recepit.

Quis tale nobis regnum præparauit?
Deus pater Iesum Christum unicum suum filium in
hunc misit mundum, quò nos ex Sathanæ regno redem-
ptos liberaret ab omni Acherontica potestate, ac regnã
rei in nobis, uti rex iusticiæ, uitæ & salutis contra Sa-
thanam, mortem, peccatum, & malam cõscientiam. Ad
hec nobis spiritum sanctum dedit, qui nobis hæc appli-
caret per uerbum suum sacratissimum, perq; suam uir-
tutem in fide illuminaret, & fortes redderet.

Quot habemus hostes in regno Dei?
Tres capitales, quibuscum Christiani perpetuò con-
stantur & conferunt. Primus est, Sathanas, qui
P obam

DE ORATIONE.

obambulat ueluti leo rugiens quæsitum quem deuoret,
1. Petri. 5.

Secundus est, Mundus cum suis deterrimis exemplis
& scandalis, peccatis & uitijs. Quicquid enim in Mun-
do est, id carnis & oculorum concupiscentia & fastus
uitæ est, 1. Ioan. 2.

Tertius est propria cuiusq; caro, cum prauis suis af-
fectibus & cupiditatibus.

An uerò regnum Dei hic in terris
tantum pios fouebit?

Minimè: Christus confert sagena mari immis-
sæ, que comprehendit omnis generis pisces, bonos & ma-
los Matth. 13. Et in tritico proueniunt spine, cardui,
& zizania, & nihilominus manet bonum triticum. Et
ranæ et uermes et natrices in aquis immiscentur bo-
nis piscibus.

Sic quoq; accidit in regno Dei, multi inuitantur ad
nuptias, sed non omnes nuptialem adferunt uestem.

Sagena Euangelij multos trahit homines, sed nõ om-
nes credunt, nec oēs secundū doctrinā Euangelicā ui-
uunt.

Quando uerò malorum à bo-
nis futura separatio?

In nouissimo die: Sic enim ait Christus Matth. 25.
Cum autem uenerit filius hominis in Maestate sua, &
omnes Angeli sancti cum eo, tunc sedebit super sedem
glorie sue, & congregabuntur ante eum omnes gen-
tes,

et separabit eos, alteros ab alteris, sicut pastor segregat oves ab hœdis & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris &c.

Quid ergo precamur in hac petitione?

Primum precamur, ut Regnum Dei in nobis efficax fiat, & nomen eius sanctificetur per sacrū uerbū Dei, & Evangelicam religionem, ut nos qui iniciati & adfidei Christo sumus, constantes maneamus & quotidie in melius proficiamus, u. q; apud alios homines successum habeat, & multa potentia dilatetur imperium, ad extrema usq; Mundi prolatum. Quò plurimi salutifero regno inserti, redemptionis, precioso Christi sanguine partē, participes fiant, & per spiritum sanctum adducantur, ut nos pariter omnes sub uno regno hic temporaliter cepto, in æternum permaneamus. Amen.

DE III. PETITIONE.

Quæ est tertia petitio?

Fiat uoluntas tua, quemadmodum in cœlo, sic etiam in terra.

Quid in hac precamur petitione?

Precamur, ut Deus nostras uoluntates infringat, & cōsilia prohibeat, ne successum habeant, & nos quod libet faciamus, uerū ut omnia nostra studia & uoluntates, ad Dei uoluntatem formentur & accommodentur.

An igitur nostra uoluntas non est bona? Si bona esset, non docuisset nos Christus precari, ut

DE ORATIONE.

patris uoluntas fieret, Dei uoluntas nunquam non bona, nostra semper mala est.

Vt audio diuina uoluntas nullum in nobis locum habet?

Profectò nullum: Si Dei in nobis uoluntas fieret, esset hoc ipsum non precibus agendum. Nunc autè omnes uiuimus iuxta nostram peruersam uoluntatem, diuinae uoluntati repugnantes.

Horrendum id sanè auditu.

Verè quidem horrendum & immane: Fatemur hic ore proprio nos tertio præcepto non obedire, ut ferias agamus, & quiescamus ab omnibus malis cogitationibus, uerbis & factis Deo nos faciles & pro suo arbitrio diuino formandos præbentes.

Atqui scriptura dicit: Ecclesiam sanctam spirituale esse corpus: et Christum caput eius. Si ergo Christus caput, quomodo membra eius, aliter affecta sint atq; caput?

Dominus Iesus cum Deo patre, unus est Deus in diuina substantia, nihilo minus eius uoluntas secundum humanitatem, non statim uolebat diuinæ se accommodare uoluntati.

Qui sic?

Dei erat uoluntas, ut Christus in cruce totum genus humanum redimeret, eam Christus in horto obtinere deprecabatur. Pater, inquit, si possibile est, transeat à me calix iste. Secundum carnem passionem deprecabatur: Verum

rum secundum spiritum se diuinæ resignabat uoluntati, dicens: Non ut ego uolo, sed sicut tu uis.

Itane Christianus quoq; affectus est?

Sane quidem: Secundum spiritum & interiorem hominem, Dei refert imaginem & affectum, & suam semper uoluntatem diuinæ subijcit. Deoq; se formandū et regendum præbet, & permittit iuxta eius placitū. Ac sic ritè Sabbathum sanctificat. At secundum carnem repugnat diuinæ uoluntati & difficulter sequitur.

Da exempla.

Dauid uir erat, in quo Deo beneplacitum est, nec tamen bona eius uoluntas de edificando templo Deo placuit. 2. Reg. 7. Sic Ionas propheta à uoluntate Dei profugit, nec uolebat obtemperare ut prædicaret in ciuitate Niniuæ. Ideo in mari à pisce magna deuoratus Ion. 1. Et Paul. Rom. 7. conqueritur: bonum quod uolo non facio, sed malum quod non uolo hoc ago.

Sic ne omnes homines sunt affecti?

Sane: Vetus Adam est ueluti truncus salicis, qui quomodocunq; cedatur non suam negat naturam, sed subinde repullulat. Imo ueluti lappa in capillis est, quæ egre explicatur, Vel potius ut canis in plena culina caudeatur, qui cum expellitur, circumcursat eulinam, rursus introire gestiens, ac si non plus potest, saltim in officit. Ita quoq; uetus noster Adam solet, suam aut

DE ORATIONE.

insitam naturam nequaquam exiit, sed sedulo dum uila
la pars eius superest spiritui repugnat.

Si sola Dei uoluntas, ut fiat necessum
est, cur liberum Deus nobis indulsit
arbitrium?

Deus liberū nobis dedit arbitriū ad ea, quæ hominē
in hac uita subiecta uoluit, sed cauendū ne libertatē in
tyrannidē conuertamus, sicut carnales homines cōsue-
uere, qui sua uolūtate coacti diuinæ uolūtati resistunt.

Quid igitur agam?

Quia ad Christianam fidem et æternam fœlicitatem
uocatus es, decet te tanquam obsequem filium diuinæ
uoluntati subscribere, consonare, & parere. Eò ca-
nim rē deduci oportet, si uis censei in Christianorū nu-
mero, ut tuæ uoluntatis impetus frangantur, & Dei
uoluntas fiat. Sin autem diuinæ aduersabere uoluntatis,
tuoq; animo morem gesseris, sic succedet quemadmon-
dum Regi Pharaoni, Corah, Dathan & Abiron &c.

Quomodo autem illis successit, qui
suam uoluntatem secuti sunt?

Quid in cœlo Sathan cum suis socijs inde lucrificis,
quod se Deo opponeret, & suam sectaretur uoluntate
tem? Nonne ex pulcherrimis angelis, horribiles & exec-
rabiles facti sum Cacodæmones?

Quomodo successit Adæ in Paradyso, cum diuina
uoluntate posthabita, suæ uxoris sectabatur uota? ni
fallor,

Illor, hodie omnes illam sentimus cladem.

Quem euentum habuit Pharao, nonne in mari ru-
bro submersus est cum uniuerso suo exercitu, cum di-
uine se uoluntati obijceret.

Quomodo cum Iudæis actum, cum diuinam uolun-
tatem facere nollent, suam Meschiam acceptantes, non-
ne omnibus priuati sunt dignitatibus, Regi maiestate,
Sacerdotio, Templo. & ad miseriarum terminos redam-
si, omnium abiectissimi facti, & per totum orbem ter-
rarum dispersi.

Quare precamur ut Dei uoluntas
in terris fiat, sicut in cælo?

In cælo sancti Angeli assiduò se diuine uoluntati,
ac nutui accommodant, perpetuis laudibus, hymnis, ac
honoribus, Deum prosequentes. Ideo precamur, ut id
quoque in terris à nobis hominibus fiat.

Quæ est Dei uoluntas?

Nihil aliud, nisi diuinorum eius præceptorum stre-
nua obseruatio: in illis enim suam diuinam uoluntatem
reuelauit & proposuit.

Cur tam sollicitè oramus, ut Dei
uoluntas fiat?

Ideo, quia Diabolus contra nos sæuit ac insanit, uen-
lul ira accensus hostis omnibus suis uiribus, omni-
exercitus sui robore, nos incursans & adoriens, præ-
terea omnes suorum copiam sibi adiungens, Mundi

quoque & propriæ carnis nostræ socia arma auxilio sibi
deposcens, nec ullo momento quieti indulget, aut ocio,
quin omnibus suis artibus, partibus, insidijs, dolis, ra-
tionibusque, quas cunctis excogitare potest, utatur, ut dini-
nam in nobis uoluntatem opprimat & deleat.

Ut audio hæc petitio nostra tutela & cō-
tra hostes nostros propugnaculum est?

Maximè: sine, ut irascantur, & omnem (quod aīū)
moueam lapidem, ut collatis in unum signis et consilijs
decernant, quomodo nos opprimere, euertre & eucl-
lere uelint, ut suæ saltē uoluntatis & uoti fiant com-
potes. Contra hos, hæc petitio murus abeneus esto, in
quem tandē incurrent, & pessum ibuntur turpissimè quan-
tumlibet ferociter insolescant, aut semetsecuros & po-
tentes esse confidant.

Quæ huius petitionis forma?

Sic habet: Tua uoluntas precor fiat, pater optimè,
non Diaboli, & aduersariorum nostrorum sacratissi-
mum tuum uerbum insectantium & delere conantium,
tuumque regnum impredientium. Sed largire quæso nos-
bis eam animi fortitudinem & patientiam, ut quæcunq;
nobis propterea tolleranda sunt, patienter sufferamus
atque uincamus, ne miserabili carne nostra uicta, imbeci-
llitate aut pigritia, repudiata cruce turpiter tergiueri
semur aut deficiamus.

Quæ est summa huius petitionis?

Ah pater

Ab Pater optime, non te latet Mundum in hoc totum esse & incumbere, ut nomen tuum ad nihilum redigat, & tuum tollat è medio regnum, noctesq; diesq; hoc unum agit, tantum non cœlum mari, & sacra prophetanis miscendo, insidiosis consilijs & dolis malis uariis comminantes, consilia captant, concilia indicunt, & filijs tuis dirum exitium minantur. Quare pijsimè pater utrunq; age, ad bonam frugem conuertens conuertendos, peruersos autem peruertens. In uiam reducito eos, qui bonam tuam uoluntatem adhuc agnoscunt, ut conuersi unà nobiscum, nosq; cum illis tuæ uoluntati piuum obsequium præstemus, & quæ ferenda sunt, cruces, aduersitates, & omnia mala, equo, patientiam & læto tolleremus animo, & benignam paternamq; tuam uoluntatem in afflictione experiamur, & agnoscamus. Prohibe autem eos qui à sua tyrannide, uesania, odijs, minis, & praua uoluntate nocendi nolunt desistere, et malam mentem malumq; animum, machinasq; eorum & minas redde inanes, & confunde, ut in foueam quam parauerunt, ipsi incidant. Amen.

DE IIII. PETITIONE.

Quæ est quarta petitio?

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Quid hic petimus?

DE ORATIONE.

Κοινωνος ἡμεῖς καὶ τὸ ἄρτος, hoc est, de mensi nostro
alendo corpori & temporariae uitae sustentandae, non
cessarij. memores sumus: estq; breuis precatio, sed lon-
gè plurima complectitur.

Quid ita?

Vbi enim panem quotidianum precamur & nomina
mus, omnia simul quae ad quotidiani panis fruitionem
requiruntur, petimus: rursus eadem opera, omnia quae
huic impedimento esse possunt, deprecamur.

Vt audio oculi sunt probè aperiendi &
cogitationes amplissimae diffundendae?

Sanè quidem, non intra angustias mactrae, ac elibani
consistendum, sed in spaciosum campum & totam pro-
uinciam euagandum, panem quotidianum nobis profu-
rentem. Nisi enim Deus è terris produceret, in superbo
panem è elibano caperemus, aut discumbentibus appo-
neremus.

Quid uocas panem quotidianum?

Omnia, quae cunq; ad hanc uitam in hoc seculo transi-
gendam, necessaria sunt.

Quae pertinent ad praesentem uitam traducendam?

Vt corpus nostrum non modò alimentum, & tegu-
mentum, aliaq; necessaria habeat, uerùm etiam ut inter
homines, quibus cum conuersamur, conuiuium ac com-
mercia

mercia habemus, in hac uita consuetudine & societate
honestâ quiete ac pace fruamur.

Dic clarè quid sit quotidianus panis?

Quicquid ad rem domesticâ, uiciniam, rem publicam
et administrationem eius pertinet: Cibum, potus, uestes,
calcei, edes, uille, agri, pecora, pecunia, fortuna, com-
moda, uxor, liberi, familia, boni ac fideles Magistrat-
us, bonus reipublice status, cœlum temperatum, pax,
sanitas, uirtus, honestas, amici, boni uicini, & his simi-
lia.

Vt audio non tantùm pro pane
precamur?

Minimè uerò: Oramus autem quoq; pro reipub. sta-
tu, quo floremus, nobis Deus potissimum panem quoti-
dianum & huic uita necessaria conseruat. Quamquam
enim omnium rerum bonarum copia Deo largiente as-
suacremus, nihil tamen earum retinere possemus, neq;
cum securitate & gaudio frui, nisi stabilem, perpetuum
& pacatum reipub. statum nobis donauerit. Vbi enim
belli motus & tumultus uigent, ibi panis quotidianus
sublatus, aut certè impeditus est.

Haud igitur ineptè boni & uigilantis
principis insignia pane inculpto pin-
gerentur?

Ita sanè: Non modò insignia sic fingenda, sed ipsa
quoq; moneta imaginis loco pane consignanda, ad mon-
nendū

DE ORATIONE.

uendi gratia tum Magistratum subditos quod per
officium eorum defensionem ac pacem habemus, & si
ne illis panem quidem iucundum, neq; edere, neq; reu
uere possemus.

Quomodo hæc habet petitio?
Sic habet: Præsta pater amantissime, ut abs te panem
nostrum quotidianum, hoc est, omnem uictum & huius
uitæ necessaria expectemus, & cum gratiarum actione
accipiamus.

Recita sigillatim & ordine?
Primum precamur, ut Deus nobis uictus & amicus
copiam suppeditet, cibum, potum, uestes, calceos, dor
num, uillam, corpus sanum, ad hæc uel fruges in agris
magno cum scœnore lætas prouenire sinat.

Deinde, ut domi quoq; rei familiaris procuratio
nem adiuuet, ut uxorem pudicam, probos liberos, bene
moratam familiam, det, & seruet incolumem: Nostrum
laborem, opificium, aut quæcunq; negocia expedienda
nobis fortunet ac promoueat, fideles uicinos, ac constan
tes amicos nobis iungat & offerat.

Tertiò, ut Cesarea Maiestati, Regibus, Principi
bus, omnibus ordinibus & Statibus, omnibus Consilia
rijs, Magistratibus & præfectis, sapientiam, fortitudi
nem, & secundam fortunam largiatur, quò feliciter ac
piè suum faciant officium, & contra Turcas omnesq;
hostes uictoriam obtineant.

Quartò,

Quartò, ut subditis & communi concedat plebi, ut in obedientia, pace & concordia mutua uiuant.

Postremò, ut nos ab omnibus detrimentis uictus ac ita custodiat à calamitate, igni, aqua, ueneno, pestilentiâ lucis, à pecorum letali contagio, à belli seruitute, & cadibus, ab annonæ difficultate, ab exitiosis bestiis, à prauis hominibus, Sycophantæ morsu, &c.

Num etiam contra Sathanam in hac petitione oramus?

Maximè: Quandoquidem Sathan princeps est Mundi nobisq; in medio eius regni uiuendum, precamur, ut Deus eius consilia impediât, & conatus infringat, ne per grandines & tempestates, segetes & pecora perdat, aërem inficiat. Quo & in spirituali, hoc est Ecclesiæ, & Mundi gubernatione bene succedat, ut in paucis, quotidiano nostro pane uescamur & eo confortemur, & ad colendum & confitendum Deum. Maximè enim Diabolus discruciatur animo, nobis uel unum bonum panis à Deo edendum datum, esse reliquum. Et si illi integrum foret & in manu, nostraq; oratio post Deum non arceret, sanè ne culmum quidem in agris seruaremus incolumem, ne obulum quidem in marsupio, ne granulum in horreo. Imò ne unius quidem horule lucis usuram nobis concederet, cum primis acerbè illi, qui Dei gaudem uerbo, & satagunt ex eo uim animi instituere.

Quare

DE ORATIONE.

Quare Matthæus uocat $\tau\omicron\upsilon\ \&\ \tau\omicron\upsilon$

$\eta\mu\acute{\omega}\nu\ \tau\omicron\upsilon\ \epsilon\pi\iota\sigma\tau\iota\omicron\upsilon\text{?}$
Oramus quoq; pro spiritali, immortalis, eterno, ac
coelesti pane, pro Dei uerbo sacro Euangelio, & omnia
bus que animam pascant.

Quare dicimus quotidianum panem?

Iudæi ientaculum appellane, quod in dies & semper
ad manum & in penu reposit. ã est, ut quando opus est
& incumbit necessitas (quam quotidie & singulis hor-
ris expectare cogimur) depromamus, corpus confortea-
mus & sustentemus.

Quare dicimus da?

Triticeum panem quisq; sibi parare poterit, sed pan-
em coelestem solus Deus det oportet, Christum enim
ut cognoscamus nulli libri sufficiens, omnes Doctores
deficiunt, Solus Deus Pater tradit & reuelat. Ioan. 3.

Quare dicimus da nobis?

Nos omnes sumus inuicem membra unius spiritua-
lis corporis & Christus est caput, dignum igitur & in-
stitutum est, ut alter alterius curam ac rationem habeat,
mutuis nobis inuicem precibus subueniamus, quò om-
nes salui fiamus.

An omnes sic homines orant?

Non sanè: Qui singulares societates ineunt & con-
lunt, fraternitates eligunt, ij pro suis tantum fratribus
& soror

et sororibus, qui sibi eam sodalitatem nummis comparaverunt et deliquerunt, intercedunt.

Veri Christiani igitur quomodo orant?

Si pro omnibus rebus in Ecclesia catholica mutatis et obnoxijis et expositis orant, etiam pro suis inimicis: in primis autem, ut Deus pios concionatores ac operarios in suam messem extrudat, Prudentes Magistratus donet, quò Dei verbum sincere predicetur et divulgetur ad propagandum regnum Dei et devastandum regnum Sathane.

Cur addimus, hodie?

Quandoquidem in medio hostium hic agimus in periculis, et nunquam non persecutionem et omnis generis afflictiones sustinere cogimur, orandum est, quò Deus panem nostrum non diu differat aut detineat, sed hodie depromat, non cras aut perendie, non mense aut anno elapso: ac si hodie securi esse velimus.

Quid hic fatemur in hac petitione?

Fatemur nos hic versari in famelica, desolata, ac sterili regione, ubi nullus panis aut penus, nullus victus aut diurnum est.

Quid petimus igitur?

Ut Deus utrunque corporalem et spiritualem panem largiri, nostrum et corpus et animam pascere, doceatur.

Quæ

DE ORATIONE.

Quæ est summa huius petitionis ?

O Cœlestis pater tua benedictione adesto nobis, in hac miserrima temporaria uita, largire clementer animam pacem. Da amabili nostro Imperatori, fortunam et salutem, contra omnes eius inimicos, sapientiam ac intellectum, quò terrenum suum regnum feliciter & decenter administraret. Da omnibus regibus, Principibus, Gubernatoribus, Consiliarijs, sanum consilium & bonam uoluntatem, ut suas ditiones & subditos in tranquillâ ac beata pace conseruent. Præsta quoq; benignus ut omnes subditi bona fide seruiant & obtemperent. Largire omnibus ordinibus, ciuibus, & agricolis, ut uirtutem colant, mutuasq; operas bona fide tradant. Largire quoque cœlum propicium & frugum terræ ubertatem. Prohibe ac compeſce Sathanam & omnes malos angelos, in hisce damnum dare & obstaculo esse gaudentes. Adſis quoq; tua gratia animo meo charissime pater, ut sanctum tuum Euangelium in toto orbe prædicetur. Concede nobis pios ac doctos Episcopos, & Concionatores. Auerte à nobis doctrinas demoniorum & humana somnia. Fac ut Christus in ipso in æternum permaneamus & uiuamus.

Amen.

DE

DE V. PETITIONE.

Quæ est quinta petitio.

Et remitte nobis debita nostra, sicut
& nos remittimus debitorib. nostris.

Quid isthuc est debiti?

Peccata aduersus Deum & homines patrata.

Quare dicimus debita nostra?

*Id quòd nos peccata patramus, ijsq; Deum sepius
irritamus.*

Cur dicimus remitte?

*Quia pro tantis debitis satis dare, & facere nõ pos-
sumus, pium ideo patrem nostrum rogamus maiorem in
modum, ut clementer nobis debita remittat.*

Quid igitur oramus in hac petitione?

*Precaur ne summo iure Deus nobiscum agat, ne se-
cundum nostra merita nobis rependat, sed clementer re-
mittat, quod quotidie in ipsum peccamus, & eius præ-
cepta transgredimur.*

An etiam peccant Christiani? At Di-
uus Ioannes ait: qui ex Deo natus est,
non potest peccare?

*Et uicissim dicit: Si dixerimus, peccatum non est no-
bis, nos ipsos seducimus, & ueritas non permanet in no-
bis. Si dixerimus, non peccamus, mendacem facimus cum
& sermo eius non est in nobis. 1. Ioan. 1.*

DE ORATIONE.

Quomodo igitur hæc dicta conciliem & intelligam?

Hominem diuidito in duas partes: Primum in interioriorem hominem, qui ex Deo natus est, & sapit diuinam uoluntatem, uitamq; ducit sola fretus gratia, sub Euangelio, is sanctus perhibetur & peccare nescit.

Secundo, in externum hominem, qui est uetus & perger Adam caro peccatrix, ibi subinde peccata repullulant, & perpetuò reluctantur spiritui & interiori homini.

Vbi id scriptum est? Sic queritur S. Paulus Roma. 7. Delectat me Lex Dei secundum internum hominem, Sed uideo aliam legem in membris meis, rebellantem legi Dei mentis meae & captiuum reddentem legi peccati, quæ est in membris meis.

Si ergo peccatum manet, manet & ira Dei?

Propter fœdus quod nobis cū Deo percussum est, in Sacramento Baptismatis, Deus peccatū nobis non uult imputare ad damnationem, sed tegere & nos saluare.

Id ubi literis testatum est? Dauid Psal. 32. inquit: Fœlix cui delicta Deus non missa remisit.

Cuius ut in uolucro crimina testa latent.

Ille beatus homo uicium non imputat ullum

Cui Dominus, qui nil pectore fraudis alit.

SE

Si quando homo igitur peccat, quo pacto expiabitur?

Per solum & unum Christum Pontificem ac propitiorem nostrum. Sic enim Isaias insit. 53. Ipse uulnera tua est propter iniquitates nostras, & contritus propter scelera nostra. Dominus enim in eum omnia nostra coniecit peccata: & S. Petrus ait Act. 4. Nec aliud nomen datum inter homines, in quo oporteat nos saluos fieri &c. Et Roma. 3. Iustificamur autem gratis per illius gratiam, per redemptionem, quæ in Christo Iesu, quæ proposuit Deus reconciliatorem per fidem interueniente ipsius sanguine.

At qui olim doctum est, peccata bonis operibus, Fraternitatibus & satisfactionibus esse expianda?

Sed est falsa & erronea illa doctrina: Christus enim solus agnus Dei qui tollit peccata mundi. Ioan. 1. Quem modo dñs à S. Ioanne baptizabatur solus, est satisfactio pro nostris & totius Mundi peccatis, 1. Ioan. 2.

Quid uerò profunt Romanæ indulgentiæ, nonne etiam peccata tollunt?

Pecuniam & fortunas quidem tollunt abs te, sed peccatis immersum relinquunt.

Vt audio, hæc petitio ueras indulgentiarum literas repræsentat?

Recte sanè preciosissimum indulgentiarum diploma

DE ORATIONE

est, quod sol uidit unquam, neq; necesse, ut nummis aut magno redimas neq; Hierosolymam aut Romam transcurso opus. Sed semper penes te est ubicunq; fueris siue pauper siue diues, siue mala siue bona utare ualitudinis siue deniq; seruus aut dominus sis.

Quo hoc diploma ob signatū sigillo? Precioso sanè sanguine Iesu Christi ob signatum est hoc diploma, passione ac morte eius confirmatum, neq; fallere aut irritum fieri potest.

Quam igitur prorsus hoc diploma ob solatum ac tenebris inuolutum fuit? In causa fuisse diluuium & nimbi Romanarum indulgentiarum. Qui enim Christus magis obscurari & suppressi potuisset, quam si quisq; sibi propriū Christum & saluatorem per sua opera delegissent, suam sibi duciam in plumbum, bracteam, ceram & membranam ponentes.

Nonne Deus nobis peccata nostra remisit etiam non oratus?

Deus nobis Euangelium dono dedit, in quo uera peccatorum condonationes continentur, priusquam pro illo impetrando oramus, aut nobis deliberatum in animo & decretum fuit orare.

Cur autem pro remissione peccatorum oramus?

Hoc maxime agitur orando, ut talē remissionem peccatorum

estorum agnoscamus et grato suscipiamus peccatore. Cū
 enim ea sit carnis, in qua uiuimus, natura, ut Deo non fi-
 dat & credat, ac semper suas exerat uires, malis cupidi-
 tatibus ac consilijs deuincta, ut in singulos dies cogita-
 tionibus, uerbis ac factis, omittendo & agendo peccet-
 mus, qua re fit, ut conscientie tranquillitas turbetur, &
 Dei indignationem perhorrescat: per opus est citra mo-
 ram & intermissionem, huc nos appellere petende con-
 solationis & leuande conscientie gratia.

Hæc res adeò quid momenti adfert?

Ut Deus insolescentis animi nostri tumorem sedet,
 & in humilitate nos retineat, solus enim Deus hanc si-
 bi prerogatiuam reseruauit, ut si quis suæ probitati
 confusus, celo manus inferat, alios præ se contemnens,
 primum secum ipse habiet, suoq; se metiatur pede, ob-
 uolos hanc petitionem ponens, mox norit se nihilo me-
 liorem esse ceteris, & quàm sit sibi curta suppellex, sic
 cristas & animum ponet pauonisq; pennas demittet, sat-
 habens, in super gaudio suffundetur ad remissionem pec-
 catorum etiam sibi iter patere.

Ut audio, nisi Deus peccata assiduò re-
 mittat, de nobis actum erit?

Solus sibi honorem istū deponit & uendicat Rom.
 Omnes peccauerunt ac destituuntur gloria Dei. Et
 Rom. 11. Concluserunt Deus omnes sub incredulitatem,
 ut omnium misereretur.

DE ORATIONE.

Quæ est ergo huius petitionis intentio?

Ne Deus peccata nostra respiciat & nobis statuat, ne ue meritis nostris debita reddat premia, sed nobiscum elementer agat, peccatorum cõcedens ueniam, quemadmodum pollicitus est, atq; ita letam & intrepidam do net conscientiam, qua animati coram ipso stare ac precari queamus. Vbi enim cordi cum Deo conuenit, neq; talem haurire potest fiduciam, nunquam quicquam ab ipso petere audebit.

Quid hoc est dicere: Sicut & nos remittimus debitoribus nostris?

Necessarium quidem, & tamen consolationis plenum, hoc est, auctarium & appendix.

Quorsum spectat eiusmodi appendix?

Nimirum eo spectat, ut firmum ac certum animũ & uelut Sacramentum habeamus, literas, & sigillũ unã cum promissione Christi, huic orationi consonante.

Quæ est ista promissio?

Luce 6. inquit Christus: remittite & remittetur uobis: Et Matth. 6. Si hominibus sua remisistis peccata, hominibus sua delicta non remisistis: Pater uoster peccata uestra itidem non remittet.

Quid ergo nunc oramus?

Precho

Precamur Deum patrem nostram, ut non aliter nos
 remittat, ac nos nostris remittimus debitoribus.

Qui sunt nostri debitores?

Inimici nostri, qui nos laeserunt, siue cogitationibus
 verbis aut factis, agendo aut omittendo.

Quid fatemur in hac petitione?

Fatemur nos hic agere in debitorum regione, & in
 scilicet in oroso rerum statu, in feroci, barbara, immani, ac in
 solenti uita: quod nostra talca plena crucibus incisus, RA
 tionarium nostrum multas habet notas iterationis, &
 multiplicationis, & ostendit ingens aes alienum, quo
 oberati & obligati sumus cum Deo tum hominibus, ut
 animus exhorrescat hanc uitam contemplan, si medita
 ta essent nobis nostra mala.

Quae igitur nunc est summa huius
 petitionis?

Ne nobis quae sumus pientissime pater multiplicia no
 stra & quotidiana peccata imputes, & statuas, ob eaq;
 preces nostras respicias. Sed propitius esto, ac benignus
 remitte nobis: tum nos tua gratia freti uicissim ex ania
 mo delebimus, condonabimus, & benefaciamus omnia
 uis qui nos offenderunt.

Hic si quis se difficilem & ad remittendum impedia
 tum sentit, diuinam oret gratiam, quò remittere possit,
 id enim (dictum aut factum) omnino necesse est, ut aut
 remittamus alijs, aut male percamus.

DE ORATIONE.
DE VI. PETITIONE.

Quæ est sexta petitio?
Et ne nos inducas in tenta-
tionem?

Quid hic petimus?

Precamur ne labi nos Deus sinat, ut peccatis assen-
tiamur, si quando tentamur.

Quam ob rem hoc petimus?

Quamquam enim erratorum ueniam & conscien-
tiæ tranquillitatem consequamur, ita tamen uitæ nos-
træ ratio comparata est, ut qui hodie stat, post diem ca-
dat. Quapropter iterum nobis orandum est, ne nos iam
probitatem & iusticiam consecutos, & pacata erga De-
um conscientia uersantes, retro labi ac tentationum im-
pugnationibus ingnauiter cedere sinat.

Quotuplices sunt tentationes?

Triplices: Nempe carnis, mundi, & sathanæ.

Quibus nos stimulis caro solli-
citat?

Vetus Adam, quem nostris circumferimus humeris,
his suis flagrat cupiditatibus, & nos subinde prouocat
ac pellicit ad turpitudinem, ad socordiam, ad crapulam,
& ingluuiem, ad auariciam & fraudulentiam, ad decia-
piendum & defraudandum proximum.

Et ut in summa dicam, ad omnes prauos appetitus
qui natura nobis insiti sunt.

Sic enim Paulus ait Rom. 7. Noui quod in me, hoc est, in carne mea non habitet bonum.

Quibus Mundus nos tentat modis?

A Mundo sepe dictis & factis offendimur ac plane ad iracundiam, ac impatientiam compellimur. Hic nihil aliud uidere est, quam odium & inuidiam, inimicitias, simulas, iurgia, uim, iniurias, perfidiam, calumniam, maledicentiam, conuicia, contumelias, superbiam, & insolentiam, nimio ornatu, honore, iactantia, & potentia semet efferentem, ubi nemo posteriores ferre sustinet, sed reliquos omnes sua pompa post se relinquit. Sic enim scribit Ioan. 1. Ioan. 2. Omne quod in Mundo est concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & fastus uitæ est, quibus tris precipua uices, superbiam, auariciam, & libidinem, que totum orbem occuparunt, taxat.

Quibus nos modis Sathan tentat?

Succenturiatus his accedit passim instigans ac prouocans. Verum precipue in his perturbandis occupatus est, que ad conscientiam & spiritualia negocia pertinent.

Quæ sunt eas?

Nimirum, ut ex æquo & uerbum & opera Dei uentis mandemus & contemnamus, ut à fide, charitate, & spe nos auellat, & in superstitionem prauam nostri fiducia, & cordis indurationem, aut denuò in extremam desperationem, et Dei abnegationem, ac execrationem,

DE ORATIONE.

tionem, aliaq; innumera & detestanda piacula nos ito-
rum precipitet. Sic enim exhortatur Petrus, 1. Pet. 5.
Sobrius estote, & uigilate: Quoniam aduersarius ue-
ster Diabolus tanquam leo rugiens obambulat, quan-
rens, quem deuoret.

Quomodo ista explicas?

Sic accipias: Diabolum non simplici uia nos aggre-
di, sed ubiq; nos petere: intus prauis cogitationibus,
cupiditatibus, ac affectibus: Foris malis exemplis, uer-
bis ac factis.

Omnis suas Diabolicas fraudes & uires & consilia
experitur & totus in hoc est, ut in ea, quæ maxime no-
bis blandiuntur, utilitatisq; aliqua specie deuinciunt
uicia, nos precipitet & deturbet.

Profectò ardua sunt hæc pericula,
& graues tentationes?

Sanè quidem: Hi sunt laquei & retia, imò potius in-
gnita tela, quæ Diabolus in corda humana omnium ue-
nenatissimè torquet & iaculatur.

Quare permittit Deus tam peri-
culosas tentationes?

Vt omnibus horis ad orandum inuocandumq; De-
um, compellamur, ne nos defessos patiat ur succumbere,
atq; ita demum iterum in peccata, de deo & incredus
lita: em prolabamur: Absq; enim diuino auxilio impos-
sibile est, etiam leuissimam vincere tentationem.

Quare

Quare concedit Deus homines

peccatis immergi?

Ut se ipsum quisque discat cognoscere, quis sit, & quid possit: Nimirum, ut suam experiatur vires, quod sua natura & ingenio nihil præter peccare, & male agere sciat, unde se humiliet et cristas deponat, soliusque Dei gratiam prædicet, aut amissam exigat. Nec omnia iracundia & contentione defendat, se ipsum ulturus, ut multi nunc solent, uel uno uerbo offensi, mirum quam moueam turbas, montes ac rupes demolituri, ne unum quidem uerbum æqui bonique consulentes.

Hi quomodo tandem in magnis tentationibus mortis consistent?

In magnum subito conijciuntur metum ac malum.

Conuenit igitur quemlibet Christianum instructum esse, ac quotidie assiduam tentationum pugnam sustinere, quò in extremis facilius perferri queat. Atqui nunc ad modum sumus delicati homines, & impatientes, omnes stantes in placida quiete, leniter mollibus in puluina sedentes in æthera ueluti coelorum & alienum regnum ingredi, cum tamen Christus Dominus noster in cruce figendus crudelissimum passus supplicium, in suum regnum gradatim & per abrupta conscenderit.

Atqui precamur ne Deus nos inducat in tentationem?

Quam diu hic in carne uitam agimus, Sathanae copijs circum-

DE ORATIONE.

circumvallati, tentationes deuitare non possumus, quin
uolentes uolentes tentationes sufferamus. Sed hoc pre-
camur ne prorsus immergamur, in eisq; sepulti pecca-
uius.

Vraudio longè alia res est tentationes
sentire, & n̄isdem consentire?

Rem sanè tangis, sentire quidem eas cogimur, sed
eis assentire non debemus.

Quid dicis sentire?

Quando anima duertimus in carne nos procliues es-
se ad superbiam, auariciam, libidinem, odium, inuidiã,
aut alia peccata ac scelera, tum ad suni Diabolus, Mun-
dus, Caro & sanguis, & ueluti igni oleum affundunt,
ut peccata perpetremus.

Hic sensus in omnibus ne similis est?

Non sanè: in alijs maior in alijs minor: lucentim
præcipuè carnis tentationibus infestatur.

Deinde: qui ad maturam ac constantem paruenerunt
etatem, iam grandiores facti à mundo tentantur.

Alij uerò qui rebus sacris sunt intenti à Diabolo
peccantur.

Nunquid etiam nocere possunt
eiusmodi tentationum sensus?

Quando præter nostram uoluntatem nobis obijci-
untur, & mallemus expertes eorum esse, nihil dant dan-
mini: Sed cauendum nobis ne illis assentiamur.

Quan-

Quantum audio, dum uescimur hac
aura absq; tentationibus esse
non possumus?

Astrum, quod aiunt, agas si coneris: Job ait 7. Perpetuam esse homini obeundam miliciam dum in terris aget. Et legimus in Vitis patrū: Adolescentem adeo fratrem, Patrem senem rogasse, quo pacto tentationes excuteret animo. Respondit ille: Perchare frater, aues quo minus in aëre supra te uolent prohibere non poteris, sed in capite aut auribus ne nidos ponant, id tibi est integrum cauere. Sic cogitationes uolantes prohibere non potes, quo minus ad te ueniant, sed bene prospicere poteris, diuinum implorans auxilium, ne uel assensuarias, uel sequaris eas.

Quo pacto tentationi resistemus?

In fide, inquit Petrus, & induti armis Dei.

Quis istam describit armaturam?

S. Paulus Ephe. 6. Induite totam armaturam Dei, ut possitis stare aduersus assaultus Diaboli.

Quo nomine designat?

Sic ait: State igitur lumbis uestris circumcinctis ueritate, & induti thoracem iustitiæ, & calciati pedes preparatione Euangelij pacis. Super omnia assumentes, Scutum fidei, quo possitis omnia tela mali illius ignita extinguere: Galeamq; salutis assumite, & gladium spiritus quod est uerbum Dei, in omni deprecatione

tione

DE ORATIONE.

tione & obsecratione orantes, omni tempore in Spiritu
& ad hoc uigilantes in omni sedulitate, & deprecatione
pro omnibus sanctis.

Nonne cæsia cappa argentei nodi in filo
deducti, aqua consecrata, Sal, Rami, Can-
delæ & his familia, etiam profunt?

Mere ista nugæ ac præstigie sunt: Diabolus spiri-
tualis est hostis, ideo spiritualibus armis est utendum.
Alioqui te raptum cum triplici cappa, rosario, aqua,
Sale, palmis ac cereis abducit. Quibus Christus aduer-
sum cum armis usus sit in deserto, uidendum est. Et
cum in templi pinnaulo & monte excelso cum loca-
set Sathan, Matth. 4.

Quibus autem armis aut propugna-
culis Christus contra Sathanam
utebatur?

Sacra scriptura: In primo conflictu dicebat, Scri-
ptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uer-
bo, quod procedit de ore Dei. In secunda tentatione res-
pondit: Non tentabis Dominum Deum tuum. In ter-
tia aiebat: Scriptum est Dominum Deum tuum adora-
bis, & illi soli seruias.

An igitur perpetuò in armis nos
esse necessum?

Sane perpetuò, & sine intermissione. Nemo in ani-
mum inducat se uel unam horam à Diabolo securum
fore.

pre, Christiano ubiq; & quotidie tentationum expe-
 randa est pugna: Nam etiam si iam purus, castus, patiens
 ac placidus sis, fieri tamen potest, ut hac hora Dia-
 bolus pestifero et ignito telo tuum cor configat, ut uix
 subsistere queas.

Adeone Diabolus atrox est ho-
 stis humano generi?

Huiusmodi est hostis qui nunquam cessat aut desatis-
 gatur, sed ubi semel parum successit illi aut poenitet, ite-
 rum subinde & alia aggreditur uia, nihil intentatum
 relinquens, ut est eius malicia et millenarium artificium.

Quid igitur consilij & solati adhi-
 bes quò consistere queamus?

Huc cōfuziendū ad Deum, & hæc oratio ex animo
 uolenda, maximè hæc petitio: ne nos in tentationem
 inducas.

An non ipse mihi opem ferre possum?

Si quando tuis te cogitationibus, & consilijs te ex-
 pedire, tibi consultum ac cautum uoles, rem paulò pei-
 rem reddes & Diabolo fenestram quasi patefeceris. Ser-
 pentis enim caput habet, quod ubi rimam inuenerit tan-
 tillum, ut se ingerat, reliquam corpus totum prohiberi
 nequit, quin insinuet. Sola oratio iter illi præcludit, &
 in fugam conuertit eum.

Quid precamur in hac petitione,
 & quibus uerbis?

Custodi

DE ORATIONE

Custodi nos piè pater, quando à Diabolo, Mundo, & nostra carne, per superstitionem, desperationem, aliaque ingentia peccata, ac flagicia tentamur, ne uincamur, sed tandem uictores euadamus, & palmam obtineamus.

Quæ est huius petitionis summa?

Ah pater optimè conserua nos uigilantes, alacres, seruidos, ac studiosos in uerbo & cultu tuo, ne securi stertamus, temerarij & socordes fiamus, ac si iam ab inuidios illabatur & adoriatur, adempturus rursus salutare tuum uerbum, aut lites, discordias, & sectas salutaris inter nos, aut deniq; in alia nos nefaria scelera & dedecora, cum corporalia tum spiritualia coniecturus. Sed presta nobis per spiritum tuum sapientiam, ac uirtutem, ut magno illi resistamus animo & impetu, & uictoriam reportemus optatam. Amen.

DE VII. PETITIONE.

Quæ est septima petitio?
Sed libera nos à malo. Amen.

Quid isthuc mali est?
Duplex malum: Visibile & Inuisibile.

Quod est uisibile malum?
Quicquid nobis sub Diaboli regno in corpore & fortunis,

fortunis, honore & fama aduersi contingat, ut mala ueludo, pestilentia, inimicitia, bella, tempestates, anno-
ne caritas, paupertas, ignominia, mors fatalis, & bre-
uiter omnes calamitates & miseria huius seculi.

Quid inuisibile est malum?

Sathan, mors, peccatum, orcus, desperatio, quicquid
deniq; nos sollicitos habet, & affligit intrinsecus, in
spiritu.

Tot ne & tanta in se hæc uox (malum)
complectitur?

Græcilegum ἀμαρτυρία ἡμεῶν καὶ τοῦ κόσμου.
Quæ uerba perinde sonare uidentur ac si dicas:
libera nos à prauo aut malicioso, quasi diabolum uelit
notatum, summum nostrum & capitalem hostem.

Cur aduersum Sathanam tam acriter
& uehementer oramus?

Quia omnia bona quæ petimus, impedire conatur,
& nihil non mali meditatur & exequitur.

Quo pacto bonum impetit?

Dei nomen & gloriam, Dei regnum & uoluntate
panem quotidianum, & lætam impedit cōscientiam, ad
hæc salutem ac beatitudinem nostram.

Quomodo operatur malum?

Quandoquidem Sathan non modo mendax, uerum
etiam homicida est, nusquam non nobis insidiosè necesse
machinatur: Et ubi damnum & malum dare poterit,

DE ORATIONE

uel corpori, uel animæ, totus leticia incedit, triam-
phat & exultat.

Inde fit, ut complures fracta cervice perimat, multa
tos immiffa in fana rationis usu priuet, non ullos in uno
dis submersos suffocet, ac multos ut sibi uiolentas man-
nus inferant, mortemq; ultro consciscant, adigat, aut ea
lios quospiam sinistros casus subire compellat.

Sanè intelligo peropus esse, ut
Deum fedulò oremus?

Ita sanè: Nisi enim Deus nos tanto opere prot egeret,
& sua dextera defensos daret, ne horã quidem à diabolo
li capitalis nostri hostis insidijs in uado esse liceret.

Quomodo igitur nos Deus conseruat?
Quanquam non dormitabit, neq; dormiet, qui custo-
dit Israël, ut Psal. 121. testatur, sed excubias agit super
populum suum, cuiq; tamen fidelium certum angelum
defensorem parauit, qui eum ab omnibus Sathan & insi-
dijs custodiret, & saluam conseruaret. Imò nisi custo-
dia bonorum angelorum diuina pietate nobis attribua-
ta fuisset, ne unam horam quidem nos Sathan uiuos pro-
teretur, quin in utero materno neci daret.

Nunquid angelorum custodia ex
scripturis probari potest?

Potest, Hebræorū. i. sic legimus de angelis: Omnes
sunt administratorij spiritus, qui in ministerium emita-
tuntur propter eos, qui heredes erunt salutis. Et Año.

12. Angelus Petrum e carcere educebat, & Christus inquit Matth. 18. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei qui est in caelis.

An pro talibus quoque beneficijs

Deo agam gratias?

Sicut gratias agis pro iucundo sole, luna, stellis, igni, aqua, aere, terra, & alijs creaturis: Ita illi quoque gratias ages, quod dilectos suos angelos tales tibi adiunxerit defensores.

Quomodo Deo gratias agam?

Firma Deum fide ac fiducia inuocabis, & nusquam ab alijs auxiliũ, quàm ab ipso solo petes & expectabis. Si enim ab omnibus malis diuinitus liberari ac custodiari cupimus, necessum est, ut ante nomen eius in nobis sanctum sit: Regnũ eius penes nos sit, uoluntas eius fiat. Deinde panem quotidianum daturus, & remissionem debitorum, denique a peccatis & ignominia seruaturus, & ab omni quod nobis dolori, aut damno est liberaturus.

Quae igitur huius petitionis est summa?

Ah clementissime Domine Deus caelestis pater: Hæc uita nostra a deo est referta calamitatibus, ac tristibus casibus, plena periculis ac scopulis, nec non perfidia & malicia, ut merito uitæ saturi & mortis cupidi

R a finis.

DE ORATIONE.

simus. Sed tu pater optime nostram infirmitatem cognitam habes. Ideo adesto nobis, ut tuo conductu per tanta mala, totq; discrimina rerum salui euadamus in portum. Libera nos ab omnis generis malis corporis & anime, fortunæ ac famæ. Et cum tempus aduenerit, ut nobis sit migrandum ex hac miserrima uita, placidam horam concede, ne mortis horrore correpti, animum despondeamus, da nobis felicem exitum & finem, & nostras tibi animas in manus tuas perpetuo dulcissime pater comendatas habeto. Suscipe nos propitius ex hac lachrymarum ualle, in regnum tuum cœlorum. Amen.

Quid significat Amen?

Idem quod fiat, certum esto.

Quid uerbi est Amen?

Est uerbum indubitantis fidei, ita ut homo non uacillans aut ambigens suas preces in uetum effundat, sed certo statutum habeat, non mentiri Deum, si quidem se exauditurum & petita daturum pollicitus est. Iam fide stante piæ sunt preces: ubi uero talis fides non est, ibi neq; ueræ orationi locus esse poterit.

Itane hominem miserum quidem peccatorem audacem esse decet, ut glorie tur, & dicat suas esse exauditas preces?

Qui sic orant, ut non audeant ex animo, Amen, in fine orationis adijcere, hoc est, certo concludere, se à deo exauditurum iri, sed quasi in dubio pendet animus, nihil illi

nihil illi accipiant. Sic enim Sanctus Iacobus dicit: Qui petit cum fiducia postulet nihil hesitans. Nam qui hesitat, is similis est maris fluctui, qui uentis agitur & impetu rapitur, Neque enim existimet homo ille se quicquam accepturum à Domino.

Quid igitur agam?

Necesse est, Amen adeo firmare & confortare, nec dubitare, quin Deus presentissima & plena misericordia tibi auscultet, uotisque faueat atque annuat, sicut Christus Math. 8. rogatus, ostendit: Volo, mundus esto &c. Neque cogites te solum prouolutum genibus aut cernuum orare. Sed totam Ecclesiam simul adstare unanimis ac consonis precibus, quas Deus non potest respuere, neque desueris aut finem feceris orando priusquam, dixeris aut animo decreueris. Age age: Hec oratio apud Deum certissime exaudita est, id quod certo scio, hoc significat Amen.

Psalm. 6.

Ite procul fugitote meos turba impia uultus

Iam uenit ante suum nostra querela Deum,

Audit enim uotisque fauet pius ille rogantis.

Nec finit auditas, non ualuisse preces:

Quid est igitur Amen?

Idem est ac si dicas: Certissime exaudita omnia rata et approbata sunt, quae Deum charissimum nostrum patrem orauimus, nec fallere possunt. Si quidem Christus nos orare & exauditionem promisit Amen.

DE BAPTISMO.
QVARTA PARS CA-
TECHISMI.

DE BAPTISMO.

Qua de re quarta doctrinae Chri-
stianae pars tractat?

De Sacramento Baptismatis

Quid est Sacramentum?

Sacramentum est externum, uisibile, & sensu per-
ceptibile signum, uerbo Dei inclusum, quo Deus uisibi-
liter nobiscum agit, ut de ipsius erga nos gratia & pro-
missione certi simus.

Quot partes ad Sacramentum
requiruntur?

Tres: Externum uisibile signum, Dei uerbum, &
Dei praecipuum. Atque haec tres partes non sunt separan-
dae aut sciungendae.

Quem finem spectant Sa-
cramenta?

Hunc finem spectant, ut fidem in nobis excitent ac co-
firment, & nos de largissima Dei in Christo promissio-
ne certificent, tanquam certa & propriae & signa,
quae Deus Dominus ipse instituit & tradidit.

Quot sunt eiusmodi Sacramenta?

Tria, Baptismus, Sacramentum altaris, & Peniten-
tia seu absolutio,

Quae

Quæ necessario de Sacramento Baptismi dicenda?

Tres præcipue quæstiones agitandæ: Prima, quid sit baptismus: Secunda, quam afferat utilitatem. Tertia, Quid significet.

Quid est Baptismus?

Baptismus est aqua, & Dei uerbum quorū utrunq; ex Christi mandato ordinatum ac traditum.

Vbi Christus baptismum instituit?

Matth. ultimo dicit suis discipulis: euntes in uniuersum mundum, docete omnes gentes baptizantes eos, in nomine patris & filij & spiritus sancti.

Quot parteis ad Baptismum pertinent?

Tres: Aqua, Dei uerbum seu promissio, & diuinum præceptum.

Num hæc in Baptismo aqua præstantior est alijs aquis?

Sua substantia & natiuo liquore non est præstantior aut preciosior cæteris aquis. Quia uerò Dei uerbum & præceptum accedunt diuina est aqua. Nam Dei uerbum, Dei mandatum, Diuinum nomen, nucleus est in hac aqua, qui thesaurus sua magnitudine superat cælum & terram.

Qui fit ergo, quòd Anabaptistæ impiè blasphemant Baptismum, & canū lauacrum esse blaterant?

DE BAPTISMO.

Sic agunt ut Sathane Apostoli solent, non aliter baptisum intuentes, quàm aliam quamuis aquam limpida, è puteo haustam, ac si potiozem partem auellunt, nempe Dei uerbum, cum tamen Deus utraq; firmissimè constricta, ac consolidata, nec seorsum unum quodq; cōsiderari uoluit.

Quid Dei uerbum Baptismo confert?
Dei uerbum præstat, ut baptismus sit sacramentum, sicut inquit Augustinus: Accedat uerbum ad Elementū & fit sacramen-ū hoc est, sacra diuina res & signum.

A deōne efficax est uerbum Dei?
Ita sanè: Dei uerbum est cœleste & æternum uerbum, quod nemo satis pro dignitate laudare queat. Omnia enim potest & præstat, quæ Dei sunt, ideoq; sacramenta non tuenda, secundum externam laruam, sed tanquam diuinum opus in quo Dei uerbum inclusum est. Quemadmodum in Parentum, ciuiliq; Magistratus ordine & statu æstimando, non modo personam, & faciem externam, carnem & ossa, cutem & capillos intuemur, sed Dei uerbum & mandatum, nempe illud: Honora patrem tuum, & matrem tuam &c. Nam Dei uerbum & præceptum, aureus ille torques, catena & corona est, quibus in eiusmodi status inclusi inuolutiq; sunt, & ideo honorandi.

An non igitur aqua & uerbum
sufficiunt?

Minimè

Minimè: Tertia pars quoq; desideratur, nempe Dei præceptum.

Quam ob rem?

Si duæ partes sufficerent, nemo non Baptismum institueret, & tot Sacramenta quot colliberet.

Qui sic?

Aliquam creaturam quam uellet sibi eligeret, & uerba Dei consecrando adhiberet, dein diceret esse Sacramentum iuxta illud Augustini dictum, ut solem Papiæ, qui aquam, salem, ramos, herbas, cereas candelas, placentas, &c. consecrant, Dei uerbum, Psalmos, & alias preces plurima fando enumerantes, ac sic consecrata, & benedicta uolunt, si dijs placet.

An non igitur ritè agunt?

Nequaquam: Si probare possem Deum usquam in mandatis dedisse, tum restè factum esset: id ad calendæ græcas facient. Nos autem in baptismo Dei mandatum ostendere & probare possumus, Matth. & Mar. ult.

Quid si dominicam orationem, aut aliud quippiam inter baptizandum recitarem?

Iam non esset uerus Baptismus, nõ enim uterere Dei uerbis à Christo tibi præceptis, Matth. ult.

Quid si baptizem in farina, paleis, aut arena?

Neq; sic restè baptizatum dixerim, non enim utere

DE BAPTISMO.

re creaturis, diuinitus in hoc ordinatis.

Quid ergo Baptismum esse dicis?

Baptismus non est tanquam simplex & natiua aqua, sed est diuina, cœlestis, sacra, ac salutifera aqua, que Dei uerbo & præcepto inclusa & per id sanctificata est.

Quid confert aut operatur Baptismus?

Conferri remissionem peccatorum, liberat à Morte & Diabolo, & donat æternam scœlicitatem omnibus illis qui credunt, sicut uerba & promissiones diuinae sonant.

Quas promissiones diuinas dicis?

Marci ultimo inquit Dominus noster Christus: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit: Qui uero non crediderit condemnabitur.

Qui potest aqua tantas res agere?

Simplex id aqua procul dubio non præstat, sed Verbum Dei, quo eiusmodi aqua comprehensa, & quasi condita est, id operatur, si fides adhibeatur, & efficit ut Baptismus sit salutaris aqua ad uitam, & lauacrum regenerationis in spiritu sancto.

Vbi id literis signatum est?

S. Paulus ad Titum 3. cap. inquit: Secundum suam misericordiam saluos nos fecit Deus, per lauacrum regenerationis, ac renouationis spiritu sancti, quem effudit

dit in nos opulenter per Iesum Christum seruatorem nostrum, ut iustificati illius gratia, hæredes efficeremur iuxta spem uitæ æternæ: indubitatus est sermo.

Cur Baptismum appellat lauarum regenerationis?

Propterea quod per illam ex hac carnali & impura natiuitate ad nouam spiritualem uitam ac statum nascimur, in quo iusti coram Deo & hæredes cœli habemur.

Cur lauatio animæ dicitur?

Vt differentia constituatur inter plurimas mersiones & lauaciones Veteris Testamenti, quæ tantum externæ purgationes & nuda erant signa. Hæc mersio autem seu aspersio in nouo Testamento in hoc instituta, ut perennem gratiam, mundiciem, sanctimoniam, & æternam uitam tribuat.

Cur Baptismus iuuenile balneum nominatur?

Propterea, quod quicumque in Baptismo lauatur rursus inuenescit & nouus nascitur, non ut antea ex utero matris, quæ uetus est natiuitas, uerum ex peccatis ad iustitiam, ex reatu ad innocentiam, ex damnatione ad gratiam, ex morte ad æternam uitam.

Vnde tantam uim habet Baptismus?

Per Iesum Christum, qui ipse Baptismum honorauit & accepit.

Quomodo honestauit?

Sic

DE BAPTISMO.

Sic scribit Matth. 3. cap. Tunc uenit Iesus ex Galilæa ad Iordanem ad Ioannem, ut baptizaretur ab illo.

Quomodo id factum?

Cum iam ageret tricesimum annum, & iam incepturus & suscepturus prædicandi prouinciam, cui rei à patre missus fuerat, nec uolebat tamen prodire aut ascēdere in concionem priusquam à Ioanne baptizatus esset.

Cui rei opus habebat Christus Baptismo, cum antea purus & sanctus in toto suo corpore & uita esset?

Haud dubiè non sua, sed nostra gratia suscepit, ut nobis hoc pacto salus pararetur & remedium. Ideo se ipsum immersit & inseruit aquis, quò suo proprio & sancto corpore attingeret, sanctificaret, & benedictione imbueret.

Quæ magnifica signa & miracula sunt ædita in Baptismo Christi?

Statim ubi Christus aquam egressus, cælum apertum fuit, & diuina maiestas inuisibiliter descendit & apparuit magnificentissimè & illustrissimè reuelatione qualis nunquam uel uisa, uel audita aliàs.

Qui sic?

Non hic Deus apparet occultis uisionibus aut aliena forma uti se Patriarchis conspiciendum dedit: Sed personaliter in sua propria Maiestate, & aperte per totum

tam cœlum, ubi nihil tenebrarum, aut nubium, sed me-
ra lux & lucidissimus radius est.

Neq; nuda uisione & nudis signis, sed uiua uoce
grauissima & splendidissima concione.

An igitur omnes tres personæ diuinita-
tis distinctim & per tres imagines
repræsentatæ sunt?

Sic est: Totamaiestas sanctæ Triadis præsto fuit in
baptismo, eumq; sua diuina præsentia sanctificauit. Et
absq; dubio innumerabilis multitudo cœlestis exerci-
tus, qui omnes pariter ad honorandum baptismum ibi
coram suo creatore & Domino steterunt.

Quomodo autem personæ appa-
ruere?

Pater grandiloqua uoce & concione: Hic est filius
meus dilectus in quo mihi bene placitum. Filius in car-
ne, suo cum ministro Ioanne, alij innocenti homini simi-
lis. Spiritus sanctus in specie simplicis columbæ, cui neq;
fel, neq; ira est, sed cor candidissimum.

Cur tam magnifica pompa diuinæ ma-
iestatis, non in cuiusq; Christiani baptismo
ostentatur?

Quemadmodum illic semel uisibiliter factum, ita ad
huc hodie spiritualiter & inuisibiliter fit. Neq; ullum
nobis sit duuium, quin ubi is est baptismus, ibi quoq;
certissime cœlum apertum & tota trinitas præsto sit,
eumq;

DE BAPTISMO.

cumq; qui baptizatur ipsa sanctificet & beet.

Quo argumento edoctus, hoc
credam?

*Ex uerbo Dei discendum illic factum in presenti
uisione. Hic dicitur: in nomine patris, & filij, & Spiritu
sancti. Illic se uisibili forma exhibet: hic in suo uerbo
& nomine.*

Quæ igitur Baptismi utilitas, uis,
fructus, & finis?

*Vt saluos faciat: Nemo enim eò baptizatur, ut Rex
aut Princeps creetur, sed ut saluus fiat.*

Quid uocas saluus fieri?

*Nibil aliud, quàm à Sathana, Morte, Peccato, &
Orco, liberari, in regnum Christi transferri, & sempiternum
cum eo uiuere.*

Quid significat aquæ Baptismus?

*Significat: Veterem in uobis Adamum quotidianam
penitentiam, submergendum esse, & morti tradendum,
unà cū omnibus suis peccatis, & prauis cupiditatibus.
Ut rursus quotidie prodeat ac resurgat nouus homo,
qui in iusticia & mundicia coram Deo uiuat perpetim.*

Vbi oraculis proditum?

*S. Paulus ad Rom. 6. inquit: Sepulti sumus unà cum
Christo per Baptismum in mortem, ut, quemadmodum
excitatus est Christus, ex mortuis, per gloriam patris,
ita*

ita & nos in nouitate uitae ambulemus.

Quid uouisti in Baptismo?

Triannuncupauit uota.

Quod est primum?

Quod renuncio Sathanae unà cum uniuerso regno
& operibus eius.

Quoc quomodo seruabis?

Deinceps à peccatis mihi temperabo, aut certe relin-
quabor illis, & ubi ex ignorantia, infirmitate, aut fragi-
litate lapsus fuero in peccata, cum Deo precibus agnam,
ut me exemptum uelit crimine.

Quod secundum est uorum?

Quod fiduciam in Deum, Patrem, Filium & Spiritum
sanctum ponam, eamq; fidem re ipsa erga proxima
exercebo & declarabo.

Hoc quo pacto praestandum?

Curam proximi mei laborantis & patrocinium sus-
cipiam, adero illi opera, auxilio & consilio, quocunq;
tandem modo potero, sicut mihi à Deo consultum ac
prospectum agnosco.

Quod est tertium uorum?

Recepi: Veterem meum Adamum peccatricem car-
nem neci daturum, prauos affectus, concupiscentias, &
impetus in me oppressurum, & nouum hominem indis-
curum.

Id quomodo tibi agendum?

Meo

DE BAPTISMO.

Meo moderabor corpori in cibo, potu, somno, ocio,
ueræ pietati & religioni operam dabo, & studebo, ora-
bo, ieiunabo, uigilabo, laborabo, uerbum Dei audiam,
proximo commodabo, & officijs eum demerebor, meq;
ipsum irreprehensibilem seruabo.

Qui gestus & opera in Baptismo
sunt?

Duplicia: Primum ut aquis immergamur, aut asper-
gamur. Secundum: ut rursus leuemur & suscipiamur
ex aquis.

Quid significat aut immersio aut aspersio.

Nihil aliud quã ueteris hominis mortificationem.

Quid significat susceptio?

Noui hominis resurrectionem.

Vt audio, duæ hæ partes per omnem ui-
tam nostram sunt & durant?

Christiana uita aliud nihil est, quàm quotidianus ba-
ptismus. Sine intermissione nos paratos esse decet, ut ex-
purgemus quicquid ueteris adhuc nobis Adam reli-
quum est, & prodeat quicquid ad nouum hominem per-
tinet.

Quid est uetus Adam?

Quicquid ab Adamo nobis insitum: Superbia, auaritia,
libido, odium, inuidia &c. Incredulitas unã cum
omnibus suis fructibus, peccatis & flagitijs.

Quid est nouus homo?

Quicquid

Quicquid beneficio Christi habemus, ut est, Fides, charitas, spes, patientia, pax, iusticia, misericordia, fidelitas, & ueritas.

Qui fit quòd quidam homines, quò longius prorogatur uita hoc subinde deteriores euadunt?

Vbi uetus Adam, per uirtutem Baptismi, non coheretetur & cohibetur, Naturæ sequitur semina quisq; sua. Sic alitur uiciam à puero, uiuitq; tegendo. Adeò omnes licentia deteriores sumus, & indies superbiores & auariores simus magis magisq;, odio flagramus ac degeneramus. Sic omnia factis in peius ruere, & retro sublapsa referre.

Vbi autem *γυνος* germani sum Christiani, qui sui baptismi recordantur, eumq; ad usum transferunt. ibi uetus Adam quotidie minuitur, donec tandem moriatur, & unà cum peccatis in cineres redigatur.

Quid si homo post baptismum peccatis denuo commaculetur, an irritus tum est baptismus?

Minime gentium: Tu quidem labi poteris, sed uerbum Dei in æternum constabit. Tu modò resurges & foedus in Baptismo cum Deo initum in animū reuoces, quòd per Baptismum Christo incorporatus, & accepti si promissionem eternæ salutis pro corpore & anima consequenda. Habes certum signum ac signaculū Deū

DE BAPTISMO.

tibi propitium, ac misericordem fore, uitamq; eternam impertiturum.

Atqui S. Ieronimus ait, Pœnitentiam esse alteram tabulam, qua nobis sit enatandum nauis fracta, hoc est, baptismo labefactato?

Non sobria est sententia Ieronymi: Nauis enim hæc non frangitur siquidem Dei ordinatio est & non opus nostrum. Hoc autem fieri potis est, ut nos labamur & excidamus. Si quis igitur excidit, uideat, ut rursus adnatet, nauemq; apprehendat, donec se intro conijciat & recipiat.

Nullum igitur discrimen inter baptismum & pœnitentiam?

Pœnitentia aliud nihil est, quàm reditus, & regressus ad Baptismum. Si quando pœnitentiam agimus in Baptismo uersamur, & manet Baptismus perpetuo firmus. Et si quis deficit & peccat, semper tamẽ nobis rursus ad Deum patet aditus, ut uetus homo denus sub iugum mittatur & macretur, nouusq; caput exerat et incolumis pergat. Nam si Christiani haberi uolumus, opus ex quo Christiani sumus, agamus. Si quis autem à uia deflexit, gradum uertat nauemq; repetat.

Quid igitur in summa Baptismus operatur?

Baptismus è Diaboli eripit faucibus, & Dei mancipio

cipia facit, tollit peccatum, nouum hominem confortat, donec ex hac miseria, ad gloriam perueniamus. Et sic aut Christus nostrum propitiatorium, ideo non cedit aut ruinam facit, etiam si nos peccemus. Sic quoque uniuersus eius thesaurus, dona et gratia, manent integra, si maxime nos pedem impingamus, ac labamur, donec tandem ad eum in uitam eternam perueniamus. Amen.

DE BAPTISMO PARVULORVM.

An etiam paruuli infantes sunt
Baptizandi?

Maximè.

Cuius ex autoritate.

Ex præcepto Iesu Christi Matth. ultimo: Euntes in uniuersum mundum, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, et filij, et spiritus sancti.

Atqui hic nullos nominat paruulos?

Neque adultos neque paruulos nominat: sed in genere iubet baptizare omnes gentes. Quia uero et nostri liberi sunt gentes, cur non etiam ad baptismum deferendi.

Quid igitur Anabaptistæ friuolè disputant de paruulorum baptismo?

Diabolus eos obsedit et fascinauit, ut scripturam neque uideant neque intelligant.

Quid autem in paruulis desyderant?

DE BAPTISMO

Aiunt pueros, fidem non habere, neq; uerbum Dei percipere.

Quando id probaturi?
Quando Sathan ad cœlos ascendet: Putribus argumentis imponunt inanem ædificij molem, suo fracti iudicio, seu potius præiudicio: Ita uidetur illis, pueros fidem non habere posse, hoc argumento innituntur.

Num igitur probari potest, pueros credere?

Ita sanè.

Quo argumento?

Dei uerbo: Christus enim inquit Mar. 10. Sinite paruulos ad me uenire, horum enim est regnum cœlorum. Si regnum cœlorum eorum est, iam necesse est, eos credere. Siquidem nemo hominum sine fide regnum cœlorum, & salutem consequetur.

Ac respondent quidem: In Iudæorum paruulis id uerum esse, qui erant circumcisi, & ideo Deo grati?

Quid si & scemellæ interfuissem? Dauid enim dicit: Psalm. 106. Sacrificauerunt filios suos, & filias suas demonijs, & effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, ob quos, tulerunt Idolis Chanaan. Hic non solum filios, sed & filias nominat & inquit, sanguinem innocentem fuisse. Si innocens sanguis fuit, & sanctos fuisse ad liquidum confessumq;

confessumq; deductum. Si sancti fuerit, & fidem & spiritum sanctum habuerit: Sine fide enim & sancto spiritu, nemo sanctus & innocens esse poterit. Ad hæc inquit, Ioannes in sua Epist. 2. ca. Scribo uobis filioli, quoniam cognouistis patrem, Ecce, si patrem cognoscunt, iam fidem habere necesse est. Si quidem nemo Deum cognoscere potest, nisi per fidem.

Qui fit, quod Anabaptistæ paruulis adeo infensi & iniqui sunt, ut baptismum illis inuideant?

Quaquam Diabolus obambulat, ueluti Leo rugiens querens quem deuoret, præcipue tamẽ miseris insidiat paruulis. Sic enim persuasum habet, illis occisis, facile se totum genus humanum oppressurum. Inde adeo excitauit Pharaonem in Aegypto, qui præcepit Hebræorum pueros in ipsa natiuitate occidi, aut certe à natiuitate in aquis submergi. Sic quoq; Anabaptistæ agunt. Non concedunt, aut tribuunt pueris Baptismum, quem tamen Deus illis instituit.

Deus iussit eos circumcidi, illi uerò nolunt baptismo initiari, Christus non negauit eis benedictionem, remissionem peccatorum gratuitam, quod deo incipit uitam æternam denegant eis Baptismum, parentes secum liberos ad Martyrium ducebant. Et Anabaptistæ detestantur suos, ad Baptismum deferre liberos.

Vbi id factum est?

DE BAPTISMO.

In Edessa urbe Mesopotamiae, iusserat Valens Imperator, omnes orthodoxos in Ecclesia congregatos disijci & trucidari.

Et cum praefectus quod iussus erat facere uellet, uisit mulierculam in foro uehementer festinantem, & secum puerum raptantem. Praefectus igitur uocatam ad se rogat, quò festinet. Quae respondit: Se audiuisset, imperatorem mandasse, ut quotquot orthodoxorum in Ecclesia congregati essent, trucidarentur: itaque se festinare ad Ecclesiam, ut illic unà cum alijs coronam martyrij consequatur. At puerum istum, inquit praefectus, quò ducis. Ut & ipse, inquit, mulier mihi sit socius huius acceptissimae mortis, & mecum martyrio coronetur.

Hoc fanè notabile exemplum?

Sanè quidem: Quo uultu Anabaptistae Deum audent aspicere, Haec mulier suum puerum trahebat secum ad caedem, propter Christum, at illi suos liberos non ad baptismum quidem adportare uolunt, propter Christum, quid immanius, & à paterno affectu alienius excogitari potest, et hac in parte truculentiores & tetriores ipso Herode, qui in infantibus tantum corpus occidit: illi uerò, quantum in ipsis situm, & corpus & animam occidunt.

An igitur Baptismus paruulorum ab initio usq; in Ecclesia fuit?

Sic est.

Quo id probatur argumento?

Diuinis & sacris scripturis & literis priscorum doctorum & Episcoporum.

Vbi sacris scripturis.

Matth. ultimo: Euntes docete omnes gentes. Marc.
10. Siuite paruulos ad me uenire. Et innocentes pueri,
quos Herodes perimendos curauit, nondum alterum an-
num excefferant, quis dicet eos non credidisse? Euange-
lium enim beatos prædicat. Ac Ioannes Baptista quidē
in utero matris, sanctus & fidelis erat, & mater eius spi-
ritu sancto impleta Luc. 1.

Et D. Paulus sic scribit 1. Corinth. 1. Baptizauit autē
& Stephanus domum, hoc est, liberos & familiam.

Vbi scriptis antiquorum doctorum
& Episcoporum?

Origenes qui uixit, post tempora Apostolorum, An-
no 254. scribit in sextum caput ad Romanos: Ecclesia
ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruulis dare
baptismum. Sciebant enim illi, quibus secreta mysterio-
rum commissa sunt, quod essent in omnibus genuine for-
des peccati, quæ per aquam & spiritum aboleri debe-
rent. Augustinus super Genesin inquit: Consuetudo Ec-
clesiæ in Baptismo paruulorum, nullo modo contemni
debet. Idem: In Rom. cap. 5. Neq; superfluum est parua-
lorum baptismus, neq; amplius credatur, nisi Aposto-
lica

DE BAPTISMO.

licet auctoritate traditus, & semper in Ecclesia retentus
fuisse.

Nunquid etiam Deo placet baptis-
mus paruulorum?

Haud dubie perplacet illi.

Quo pacto id probari poterit?

Id satis probatur ex presentissima eius opere. Nempe quod Deus plurimis in puericia baptizatis, Spiritum sanctum donauit: Ac hodie non pauci sunt, quos certis-
simis argumentis deprehendimus, habere spiritum sanctum, tum ex doctrina, tum ex moribus eorum, cum tanta auctoritate scripturas tractant, predicant, & interpretantur, Christumque cognoscunt, id quod citra spiritum sanctum nullo modo fiat. At si Deo infantium Baptismus non probatus esset, nulli horum spiritum sanctum largiretur. Imò in hunc usque diem nullus esset Christianus in terris.

Quid igitur dubitant Anabaptistæ?

Quoniam Deus Baptismum paruulorum sui sancti spiritus distributione confirmat, id quod liquido apparet in multis pijs, & doctis Christianis, ut S. Bernardo, Ioanne Huss, & cæ. & in alijs plurimis, qui nostro seculo, magna auctoritate, & dexteritate scripturas tractant, & interpretantur, quod sine spiritus sancto fieri non potest, inique agunt Anabaptistæ, qui baptismum paruulorum tam impie blasphemant.

Neque

Neq; enim Deus sibi ipse contrarius esse potest, aut mendacijs & nequiciæ suffragari, neq; huic promouendæ gratiam, & spiritum suum impertit, ut nunc facit, et semper multis pijs Christianis in utroq; ordine, cum ciuilibus, tum Ecclesiastici status, præstitit: qui tamen omnes à partu statim infanti baptizati sunt.

Vt audio, Anabaptistæ causa cadent, tam leuibus argumentis confidentes?

Anabaptistis consulendum esset, ut diuina uerba & opera non calumniarentur. Nam procul dubio non sic impune auferent, sed certissimas pœnas dabunt, quas Deus in 2. præcepto minatus est, & ait: Non enim habeburus in fontem eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra. Imò nisi resipuerim, Deus ipsorum uicissim corpus & animam, ignominia afficiet & confundet. Nam qui Sathane (qui est mendax, & homicida) in una parte cedit, & indulget, eum haud unquam in alijs missum faciet. Inde adeo est, quod eiusmodi Sectæ plerunq; conuenticula habent, & coniurationes faciunt, tandem seditiones mouent, & nihil non mali & turbæ dare consuecre.

Quæ est igitur summa de Baptismo?

Baptismus est Dei ordinatio, quam uult in integram seruari. Qui nunc baptizatus est ex institutione & uer-

DE BAPTISMO.

bo Dei (quòd manet in æternum) hic iam baptizatus
 est, & non debet de integro, aut rebaptizari. Nam rebap-
 ptizare, nihil aliud est, quàm Deum blasphemare, &
 mendacij arguere, ut qui uerbum suum in baptismo pro-
 nunciatum, neq; uelit, neq; possit seruare.

Quid si tum, cùm baptizabar, non
 credidissem?

Id Baptismati nihil derogat. Nam Baptismus est
 Dei opus. Si tum temporis non credidisti, iam nunc fi-
 dem adhibe. Euangelium prædicatur in toto Mundo.
 Ideò ne igitur irritum & falsum sit, quia maior pars,
 neq; aures, neq; animum ut credat accommodat.

Si qua res recta per se & integra, non ideo ieranda
 quòd non rectè accipitur. Abusus enim non tollit sub-
 stantiam rei, Aurum manet aurum, Vinum manet ui-
 num, etiamsi prostet ad imposturam, aut in abusu sit.
 Ita manet quoq; Euangelium, Baptismus, Cæna Domi-
 ni, & omnes aliæ Dei ordinationes in sua dignitate,
 etiamsi in abusum ueniam, & fides non adhibeatur in
 usu. Quare sine, ut insaniant, & medijs rumpantur san-
 tuici, & rebaptizem quicumq; uelint. Baptismus para-
 uulorum omnium tutissimus est. Adultus enim quispiam
 dicere potest: Credo, & tamen mentiri. Et sicut Iudas,
 ad Christum uenire, baptismum expetens. Sed puer me-
 tiri, aut fallere nequit, sed uenit ad Christum in Baptis-
 mo, sicut Ioannes Baptista ad ipsum ueniebat in utero
 matris,

matris, & sicut pueri ad Christum deferbantur, cum diceret: Sinite pueros ad me uenire, horum enim est Regnum caelorum, ad id quoq; nos Deus promoueat & foueat. Amen.

DE CONFESSIONE ET POENITENTIA.

Quid est confessio?

Confessio non aliud est, quam grauissima de peccatis querela, & exprompta professio peccatorum.

Quid uocas confiteri?

Confiteri nihil aliud dico, quam sua peccata, & culpam fateri, & absolutionem petere.

Quot modis haec fit confessio?

Duobus modis potissimum, Deo, & homini.

Qui uocatur confessio, quae fit Deo?

Confessio fidei dicitur, ex fide enim originem trahit.

Quando Deo confitemur?

Quoties in oratione Dominica dicimus: Remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

Num omnes Christiani ad hanc confessionem obligati?

Ita professio: Haec confessio tam est necessaria, ut sine

DE CONFESIONE.

sine ea nemo saluus fiat. Omnes sancti ad hunc modum confiteri tenentur, ut David ait: Psal. 32.

Num qui hoc modo confessi sunt?

David inquit Psal. 51. Domine tibi solum pecco, & malum coram te facio: Sic quoq; Rex Manasse confessus est, ut iudicio est ipsius Oratio.

Ecqua etiam exempla habemus in nouo Testamento?

Sanè quidè: Publicanus Lucae 18. tondebat suum petus, dicens, Deus propitius esto mihi misero peccatori.

Quis tum absolutionem promebat?

Christus ipse: Sic enim inquit: Hic Publicanus descendit iustificatus in domum suam, prae illo. Sic Christus quoq; mulierem absoluebat Lucae 7. Mulier (inquit) remissa sunt tibi tua peccata, &c.

Quam Christus indixit penitentiam?

Dicebat: Ne deinceps iterum pecces, ne quid tibi grauius accidat. Et suscipe crucem tuam in te, & sequere me. Super omnia Deum diliges, et proximum tuum, ut te ipsum. Audi uerbum Dei, & caue à fermento Pharisaeorum, &c. hoc est, ab humanis doctrinis. Tuo sumgere officio, & honestè uitam instituas.

Sed uerendum, si hæc sola in usu sit confessio, multos prophanos & irreligiosos futuros homines?

Idco

Ideo supra nobis dictum est, hanc confessionem, quæ Deo fit ex imo pectore proficisci debere, absq; ulla simulatione.

Quis prohibere potest, quò minus multi irreligiosi, & pessimi euadam, cum etiam in illis, qui religionem in confesso habent, multi reperiantur, qui quotidie confitentur, nec tamen quicquam in melius proficiant.

Num putas igitur aliquam utilitatem hanc confessionem al'aturam?

Sanè arbitror. Si mortales ex animo se assuefaciant ad confitendum Deo omnipotenti, hand dubie, non ter, aut quater hoc facerent, quin tandem in se descenderent, & animum colligerent, cogitantes: quoties queso confitearis, & Creatori, tuo Domino, ac iudici loqueris? quando tandem serio respicies, & uitam in melius commutabis? Ac sic profectò per eiusmodi confessionem, in religionem moueremur, & à peccatis abstinere mus. ubi alioqui quotannis ad confitendum & poenitentium decurritur, neq; ullus fructus aut correctio prioris uitæ inde sequitur.

Quotuplex est confessio, quæ fit hominibus?

Duplex: Manifesta, & occulta.

Qui uocatur confessio, quæ manifestè fit proximis?

Confessio charitatis.

Quando

DE CONFESSIOE.

Quando fit ea?

Quando cum proximo, quem uel uerbis, uel factis offendimus, in gratiam redimus, & admissam culpam deprecamur.

Vbi de hac confessione scriptura testatur?

Matth. 5. inquit Christus: Si obtuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque illic munus tuum coram altari, & abi, prius reconcilieris fratri tuo, & tum ueniens offer munus tuum.

Quomodo uocatur confessio, quæ proximo occultè fit?

Dicitur confessio consilij.

Quæ est confessio consilij?

Quando ministrum Ecclesie designatum, aut alium quemuis obuium & idoneum accedo in aliquo casu, meumq; animum aperio, mea peccata, & grauem conscientiam conquerens, rogans ut fidei suo consilio ex scripturis promendo, succurrat mihi, & quomodo conscientiam exonerem & tranquillam reddam doceat, suis deniq; mihi precibus adsit, ut Deum pro remissione mihi donanda peccatorum exoremus.

Quando ea fit confessio?

Quando in angustijs uersamur & occultum scrupulum

pulum conscientie alicui homini aperimus, ut per ipsum Dei uerbo consolemur.

Vbi id à Christo præceptum?

Matth. 18. inquit Christus: Quaecumq; alligaueritis super terram erunt ligata in caelo: & quaecumq; solueritis super terram, erunt soluta in caelis. Et Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quoruncumq; remiseritis peccata, remittuntur eis, quoruncumq; retinueritis, retenta sunt.

In quibus hæc uersatur confessio?

Duabus partibus contenta est. Prima: ut peccata confiteamur. Altera: ut absolutionem, aut remissionem peccatorum à Pastore, tanquam ab ipso Deo accipiamus, neq; in dubium uocemus: sed certo statuamus peccata nobis per ipsum remitti.

Vbi id scriptis celebratum?

Matth. 18 inquit Christus: Quòd si duo ex uobis consenserint super terram, de omni re quamcumq; petierint, fiet illis à Patre meo, qui in caelis est.

Qui uero absolutioni non credunt,

quid illi impetrant?

Nihil. Nam S. Iacob. inquit 1. Qui hæsitat, is similis est fluctui maris, qui uentis agitur, & impetu rapitur, neq; enim existimet homo ille se quicquam accepturum à Domino.

Quæ peccata sunt confitenda?

Coram

DE CONFESSIONE.

Coram Deo nos omnium peccatorum reos statuamus, etiam eorum, quæ nos fugiunt (id quod in oratione Dominica facimus) sed coram homine delecto, tantum ea confiteamur peccata, quæ nobis sunt cognita, & in animo sentimus, quæq; nos in conscientia remordent.

Quæ sunt ea?

Tuum officium & ordinem intueri, an pater, mater, filius, filia, dominus, heres, seruus ancilla, Magistratus, aut subditus, concionator, aut auscultator, ludimoderator, aut discipulus sis, & animaduerte tuam, ut uocant, uocationem & officium, an eo secundum Dei præcepta perfunctus sis.

Quomodo id instituiam?

Primum, considera quomodo tuæ cogitationes, uerba, et facta se habeant erga Deum, diuinum eius nomen, & sacrosanctum uerbum.

Deinde, attende quomodo tuæ cogitationes, uerba, & facta se habeant erga proximum tuum, an Parentibus etiam debitam præstiteris obedientiam, Magistratibus, Parochis, Præceptoribus, &c.

An impatiens, iracundus, auarius inuidus, intemperans fueris. An proximum, uerbis, aut factis quod ad ipsius personam, uxorem, liberos, fortunas, decus, ac famam attinet, offenderis.

Breuem mihi formulam confitendi præscribe?

sic

Sic tibi delectum patrem, aut fratrem alloquaris. Reuerende pastor: oratum te uelim, ut meam confessionem placidè audias, & mihi absolutionē remissionemq; peccatorū adnuncies propter Deū. Et si masculus, puella, seruus, ancilla, aut discipulus es. Sic effare. Nos pueri adolescimus, & crescimus, perinde ut annis & statura, ita quoq; procliuitate ad prauas cogitationes, uerba, ac facta. Confiteor ergo me coram Deo reum omnium peccatorum. Scorsum autem coram te, fateor, quod in meauocatione parum strenuus fuerim, parentibus, magistratibus, non debitum obsequium præstiterim, non ipsorum iussis paruerim, eos ad iram sæpe prouocauerim, & ad maledicendum compulerim, damnūq; emergens non auerterim, nec uitandum monuerim. Porro in uerbis, factis, & gestibus, parum modestus, & uerecundus fui, ad prauum me contuli sodalicium. Et si quis me dictis increpabat asperioribus, etsi optima quoq; proponeret, obmurmuraui illi, maledixi &c. Cum uis me nunc pœnitet pudetq;, supplices tendo ad Deum manus, alios mores & meliores post hac Deo adiuuante sectaturus.

Alia formula & ratio confitendi

Si aut pater, mater, herus, hera, aut opifex fueris, sic dices: Confiteor corā Deo, me omnium obnoxiiū peccatorum. Scorsum autem coram uobis cōquor me, meos liberos et familiam, parum liberaliter ad honorem Dei,

DE CONFESIONE.

Et utilitatem, commodum ac consolationem proxime
educasse. Ceterum malorum exemplorum sui auctor,
impudicis uerbis, operibus, et gestibus proximo damnum
dedi, illi maledixi, et obtrextavi, eum circumueni in ne
gocio, nimisq; auarè precium mea arti statui, et fratrem
proscidi mendacio, et defraudavi etc. Horum omnium
me pudet pigetq;. Ac noui quidè nihil mihi consilij aut
solatij esse reliquum, præter Dei uerbum. Quare maiora
rem in modum uos oratos uelim, propter misericordiam
Domini, ut mihi fideli consilio, ac certa consolatione
subueniatis, et Deum pro me oretis, do fidem me in pos
siterum Deo fauente cautiorem futurum.

Quid pastor ad hæc respondebit?
Queret ex catechumeno: Credis meam remissionem
esse diuina autoritate ratam: Si dixerit: Credo: adijciet
in super: Sit tibi propitius Deus, et fiat tibi sicut credis.
Atq; ego ex mandato Domini nostri Iesu Christi, remit
to tibi tua peccata: In nomine patris, et filij, et sancti
spiritus. Vade in pace, et ne pecces ulterius.

An enumeratio quoq; peccatorum
omnium est præcepta
à Deo?

Minime: nullo in loco scripture.

Atqui aduersarij dicunt necessariam esse
ad salutem puram confessionem, ita ut
nullum peccatum silentio inuoluatur?

Id prorsus impossibile est. Nam David inquit, P^{sal.}
 19. Quis animaduertit quoties labitur, aut peccat?

Sed a'legant dictum Prouerborum

27. Cognoscendo cognosces uultum

ouis tuæ &c. Aiunt id de confessione

prolatum?

Salomon illo in loco non loquitur de confessione, sed
 patribus familiâs dat præceptum, ut suis rebus sint con-
 tenti, & ab alienis manû abstineant, sui pecoris & rerû
 temporariarum diligentem suscipiant curam, ita tamẽ,
 ne ex auaricia mandatum Dei obliuioni tradant.

Si homines in confessione non quæ-

rendi, quid bonæ frugis à iuuentute

sperandum?

Iuuentus & imperiti sunt quærendi, qua fide imbu-
 ti, & quibus moribus usi sint, ut in necessarijs, & præc-
 ptis Christianæ doctrine partibus, commodum eru-
 diantur. Hac tamen lege, & conditione, ne conscientie
 per necessariam enumerationem omnium peccatorum
 obstringantur, neue quærendo longius, quàm decet, eas
 tur, & confitens duplo peior à doctore, quàm accessit,
 recedat.

Quomodo autem Iudex poterit fer-

re sententiam indicta aut incognita

caussa? Qui potest pastor absoluere

non auditis peccatis?

DE CONFESIONE.

Non est iudicium capitale aut carnificina ad explorandum peccata in eculo, sed est ministeriū, & mandatum à Christo, Apostolis, & eorum successoribus traditum, ut Christianis petentibus Euangelion, Sacramenta, & Absolutionem, hoc est, remissionem peccatorum, impertiant, quoties expetunt.

Quæ confitenti satisfactio imponenda pro suis peccatis?

Nulla alia quàm clementia, gratia, & misericordia Iesu Christi filij Dei, eius mors, & passio.

Nihil prorsus illis indicendum, neque precum, neque ieiuniorum?

Ad eiusmodi pia exercicia, ut ieiunia, preces, elemosynas erogandas, sedulo sunt adhortandi, non tanquam ad satisfactiones pro designatis peccatis, sed ad domandas libidines, non ut satisfaciam pro peccatis, pœnis siue temporalibus, siue purgatorij (quod sonus Christi officium est): sed ne in ocio Diabolo locum cedant, Deum ad iram prouocent, & spiritum sanctum perturbent. Nam hos fructus, & bona opera Deus mandauit, & sua habent præmia, & propter Dei præceptum fieri debent.

Vbi ea Deus præcepit?

Luc. 21. inquit Christus: Cauete ne corda uestra grauentur crapula, & ebrietate, & curis huius seculi. Et Paulus Colloss. 3. Mortificate igitur membra uestra

terrestria, & exuite ueterem hominem cum factis suis,
& induite nouum hominem. Et Isaia 58. Frange esu-
ricanti panem tuum, & miserum duc ad aedes tuas: si
uideris nudum, conuesties illum, & tuam carnem ne
asperneris.

Quid opus est nos confiteri, satis enim
perspicit Deus nostra peccata etiam
priusquam confitemur?

Si sciremus quàm propitiū Deū pudor et rubor eius
modi confessionis nobis redderet, ubi homo corā alio se
submittit, & confitetur: iam è terra confessionem effosa
sunt, imò ab ultimis terris per milia miliaria nobis addu-
ctam curaremus, & sanè tam nihili non penderemus, si
cut, proh dolor, nunc fit à plerisq;.

Quam igitur fert utilitatem?

Si coram eo, qui Dei uerbum habet, confitearis: pote-
rit is tibi proponere sanctum Euangelion, hoc est, cer-
tissimam remissionem peccatorum per uerbum Dei, un-
de consolationem, securitatem, & tranquillam conse-
quare conscientiam, & magno animo insultes diabolo,
qui prius uarijs tentationibus & peccatis te uexauit &
perturbauit.

Quid Sathan humana moratur sola-
ria, animositatem ac confidentiam?

Atqui possumus tamen superbissimum diabolum ita
confutare, in eo, quòd peccata coram Christiano homine

DE POENITENTIA

confitemur, & ab eo absoluihur, ut deinde nos nolens uolens missos faciat, ac desinat accusare.

Sed multos admodum pudet, cum confitendum est?

Quid est, quod a deo coram homine ueremur, & erubescimus confiteri, cum tamen nostra crimina, in nouissimo die, coram uniuerso mundo, coram Deo, & omnibus angelis, diabolis, hominibus, et omnibus creaturis, profiteri cogamur? Sin autem hic confitebimur, in illo die sepulta iacebunt, & nunquam noitura. Quod praestet nobis Deus Optimus Maximus. Amen.

DE POENITENTIA.

Quid est poenitentia?

Poenitentia aliud nihil est, quam poenitudine ducta, & dolere, tremore & animi terrore angi, propter commissa scelera: & tamen nihilominus credere, ac niti Euangelio, & absolutione, peccata certissime propter Christum nobis esse remissa: non ideo, quod nos animi demeriti, mœrore, & dolore affecti sumus, sed tantum per misericordiam Dei, omnibus hominibus propter Christum promissam.

Quid uocas agere poenitentiam?

Resipiscere: quod aliud nihil est, quam ueterem hominem serio inuadere, & domare, inque uiam reducere, & corrigere: ita ut homo deinde aliter affectus sit, quam fuit

fuit antea: aliter cogitet, loquatur, operetur, & uiuat, quam antea, & ut Paulus inquit: qui furabatur, non furetur amplius.

Et ut uulgari fertur prouerbio, desinere male agere, summa est poenitentia. Sicut & Christus dixit mulieri in adulterio deprehensae Ioan. 8. Vade & post haec ne peccaueris.

Desinere esse malum summa est μετάνοια; uetus loquitur ut in uerbo quod ratione ualet.

Quot partes pertinent ad ueram poenitentiam?

Tres: Terror & dolor de peccato, fiducia in Christo, & Euangelica uita, quae est fructus poenitentiae.

Quid est uera contritio?

Animi contritio, est dolor, & terror in animo, quando conscientia perterrefacta à lege & uerbo Dei, incipit peccata, & Deum irascentem peccatis persentire, atque ideo dolet se admisisse peccatum.

Vbi aliquid extat in scripturis de tali contritione?

Dauid Psal. 6. sic exclamat: Misere mei Domine, quonia infirmus sum, sana me Domine, quonia territus sum ossa mea, et anima mea turbata est ualde: sed tu Domine usque quo? Et Psal. 39. Non est sanitas in carne mea, propter iram tuam, nec est pax in ossibus meis, propter peccatum meum: quoniam iniquitates meae transierunt

DE POENITENTIA.

ultra caput meum, & quasi graue onus me oppresso-
rum. Et Isa. 38. Ego dixi in succisione dierum meo-
rum, ambulabo in portis inferni, incolatus meus trans-
latus est, & sublatuſ à me, sicut tabernaculum pastoru.
Vitam meam abrumpit, ueluti textor filum. Cogitau-
si liceat prorogare uitam meam usq; in crastinum. Sed
quasi Leo sic omnia mea ossa conterebat. Sicut grus &
h rundo, sic garriebam, & gemebam sicut columba. Iam
distorquendi erant oculi mei. Domine correptus sum
dolore, refrigera me.

Num potest homo in tantis pa-
uoribus consistere?

Nunquam, nisi ex Dei uerbo solatium adhibeatur
& animus rursus in spem erigatur.

Quid est autem fides, altera pars
pœnitentiæ?

Non aliud quàm fiducia, qua credit unusquisq; sibi
remitti peccata, non ex humano merito, aut dignitate,
sed gratis propter Christum.

Vbi id literis notatum?

Marci ultimo: Pœnitentiam agite, & credite Euan-
gelio. Et Luc. ultimo: Oportuit Christu pati, & tertio
die resurgere: & predicari in nomine eius pœnitentiã,
& remissionem peccatorum inter omnes gentes. Et
Act. 19. Huic omnes prophete testimonium perhibent,
quod

quòd remissionem peccatorum accepturus sit per nomen eius, quisquis in eum crediderit. Et Rom. 5. Iustificati ergo per fidem pacem habemus erga Deum, per Dominum nostrum Iesum Christum. Et Ephe. 2. Gratia saluati estis per fidem, & id quidem non ex uobis, donum Dei est, non ex operibus.

Quid Christus dicit de duabus his partibus?

Matth. 11. inquit: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego refocillabo uos. Onus autem est ingens pauor ab ira dei. Aduetus ad Christum, aliud nihil est, quàm fides, quòd propter Christum peccata nobis remittantur. Ita Ioannes Baptista, Iudæos primùm per terra faciebat, dicens: Progenies uiperarum, quis uobis submonstrauit, ut fugeretis à uentura ira? Deinde rursus consolabatur, Christum monstrans digito, & dicens: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Ad eundem modum, Petrus primùm terrorem incussit Iudæis. Acto. 2. inquit: Iesum Nazarenum per manus iniquorum accepistis, & crucifixum interemistis, &c. Cum autem his auditis compuncti corde dicebant: Quid faciemus uiri fratres? Petrus eos rursus consolabatur, dicens: Resipiscite, & baptizetur unusquisq; uestrum, in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum.

Quid sanctus Paulus de duabus his partibus edidit?

DE POENITENTIA.

Perpetuò duas has simul complectitur partes, Verberis hominis, per contritionem animi, & pauentem conscientiam ab ira & iudicio Dei, mortificationem. Et renouationem spiritus per fidem in Iesum Christum, per quem consolati ac uitæ restituti sumus. Roma. 6. Mortui sumus cum Christo peccato, quod fit per terrores & angores conscientie: et cum Christo resurgemus, id quod fit, si per fidem in Iesum Christum rursum consolationem consequamur.

Quid prophetae de hisce partibus commemorant?

Semper duas has partes contritionem, & fidem ponunt. Dauid Psalm. 118. Castigans castigauit me Dominus, sed morti non tradidit. Et 1. Regum 2. Dominus mortificat, & uiuificat, & deducit ad infernum, & reduces facit. In summa: Tota scriptura, duas has coniunctim ponit partes.

Primum per legem perterrefacit & percellit animos.

Deinde consolatur per Euangelion. Atque hæc sunt præcipua Dei opera, quæ in suis operatur.

Da exempla;

Cum Adam lapsus esset, arguit eum Deus, ita ut mens sibi mali conscientia expauesceret, & bene in angustiis eius cogere non possit. Ea erat contritio & diminutio animi. Deinde Deus illi gratiam, & misericordiam promittebat, per benedictum semen Iesum Christum.

stum, quo auctore mors, peccatum, tartarus, & omnis Diaboli potestas contundenda, & consumanda esset. Sic quoque David per prophetam Nathan arguebatur, adeo ut perterresceret, & diceret: Peccaui Domino. Ea erat contritio, & horror animi. Deinde audiebat Euangelion, & absolutionem: Dominus tua peccata abstulit à te, non morieris: unde consolationem lumen & uitam recipiebat.

Quod erat discrimen, inter poenitentiam Saulis & Dauidis, Iudæ & Petri?

In Saule & Iuda, nulla erat fides, quæ promissionem Dei arripuisset, & sibi uendicasset per Iesum Christum: ideo eorum poenitentia inanis & inutilis erat. Sed in Dauid & Petro erat fiducia, quæ nitebatur diuina promissione offerenti remissionem peccatorum, per Christum.

Qui sunt fructus poenitentiae?

Fructus fidei, & opera charitatis & misericordie, pax, comitas, patientia, ut equo seramus animo, quæ Deus carni nostræ ferenda imponit. Ita quoque consilium, auxilium, solatium, & opera proximo data, in gratiam redire cum aduersarijs, malè quesita bona restituere, & his similia præstare opera.

Da exempla eiusmodi poenitentiae?

In Zachæo illustris plenumque consolatione habemus

DE POENITENTIA.

exemplum, adeoque speculum Evangelicæ poenitentis.
Zacheus erat diues, & Publicanus, multosq; defraudauerat, sed tandem ad se redijt. Suis percussus & perterritus peccatis, cupit Christum uidere, & conscendit arborem. Christus perspecto eius animo, iubet ut descendat, dicens: Hodie enim oportet me domitue manere. Zacheus uerò Christum magno excepit gaudio, & prorsus alium induit hominem, poenitentiam egit, & dimidium bonorum suorum dedit pauperibus, & si quem defraudauerat, reddidit illi quadruplum. Tum pronunciat Christus absolutionem super totam eius domum: Hodie salus domui huic contigit, cò quòd, et in saecula sit Abrahae. Ad eiusmodi poenitentiam prouocat nos Deus. Amen.

QVINTA PARS DE SACRAMENTO ALTARIS.

Quid tractat quinta pars Christianae doctrinae?

De Sacramento altaris.

Quid necessario dici potest de Sacramento altaris?

Trium maxime: { Quid sit?
Quam adferat utilitatem.
Et quis dignè eo utatur.

Quid

Quid est Sacramentum Altaris?

Est uerum corpus, & uerus sanguis Domini nostri Iesu Christi, sub pane & uino, nobis Christianis edendum & bibendum, ab ipso Christo Domino institutum.

Quando instituit?

In ultima cœna, cum iam esset passurus.

Quibus uerbis?

Sic scribunt Euangelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, & S. Paulus: Dominus noster Iesus Christus, in ea nocte qua traditus est, accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite, & comedite, **HOC EST CORPUS MEVM**, quod pro uobis tradetur. Hoc facite in mei recordationem. Similiter & calicem postquam conauit, accepit, & gratis actis dedit illis, dicens: Bibite ex hoc **OMNES**, Hoc poculum **NOVVM TESTAMENTVM EST IN MEO SANGVINE**, qui pro uobis effundetur, in **REMISIONEM PECCATORVM**. Hoc facite quotiescunq; biberitis in mei commemorationem.

Quo nomine hoc sacramentū appellatur?

Tribus nominibus passim appellatur, nempe Testamentum, Communio, & *ὁ χηρῖς*.

Quare Testamentum?

Eò quòd Deus nobis in Testamentum instituit, quo amplius bona & diuitias legauit: nimirum remissionem

mentis

DE SACRAMENTO

rem peccatorum, & æteruam uitam.

Quot requiruntur ad testamentum?

Sex potissimum: Testator, qui Testamentum instituit, Hæredes, Verba Testamenti, Bona legata, Codicillus & sigillum, & Obligatio.

Quis est Testator?

Iesus Christus, Dominus noster.

Qui sunt Hæredes?

Omnes Christifideles, nemine excepto.

Quomodo habent uerba Testamenti?

Accipite & manducate, Hoc est meum Corpus: Accipite, Bibite ex hoc omnes, Hic est meus Sanguis.

Quæ sunt bona legata?

Remissio peccatorum, & uita æterna.

Quæ sunt literæ & sigillum?

Corpus & sanguis Christi sub pane & uino.

Quæ est obligatio, qua hæredes tenentur?

Salutaris recordatio passionis & mortis Christi.

Cur hoc Sacramentum dicitur

σύναξις, Communio?

¶ Eò quòd Corpus & sanguis Christi distribuuntur inter Christianos, & ab omnibus in commune sumuntur.

Quare

Quare gratiarum actio nominatur?

Ed quod Christiani ad coenam Domini conuenientes, Deo gratias agant pro tantis bonis ac beneficijs, quae nobis Christus sua passione & morte promeruit.

Quae est efficiens caussa huius

Sacramenti?

Dei uerbum.

Qui sic?

S. Augustinus inquit: Vbi accesserit Verbum ad elementum, fit Sacramentum.

Quomodo hoc intelligam?

Hoc uult dictum: Hoc Sacramentum non est simplex panis & uinum, sicut alioqui discumbentibus apponuntur, sed est panis & uinum uerbo Dei inclusum, & uerbo Dei alligatum.

Qui potest panis & uinum Christi corpus & sanguis esse?

Quemadmodum os Domini loquitur, ita est. Est enim uerax & mentiri non potest.

Quid loquitur autem?

Sic inquit: Accipite, comedite, HOC EST MEUM CORPVS, Accipite bibite, HIC MEVS EST SANGVIS. Hec sunt uerba celsae Maiestatis Dei, quae omnes creaturæ reuerantur, & adorem, uera & rata esse fateantur, sic habere rem, ut auctor iubet. Et ca uerba, summa obseruantia, pietate, & humilia

DE SACRAMENTO:

humilitate, utraq; deniq; manu, uel uerius toto peccatore homines complectantur & exosculentur.

Potest ne malus minister Sacramenta tractare, & administrare?

Hoc Sacramentum non nititur humana sanctimonia, aut sapientia, sed diuino Verbo. Illud est fundamentum, & firmamentum, neq; Verbum Dei fit irritum propter personam. Qui credit uerbo Christi, is habet corpus & sanguinem ex efficacia uerborum ad panem ac uinum accedentium.

Vt audio, Verba Christi sunt in animum aduerrenda?

Ita sanè: In uerbis nobis iacitur fundamentum, in uerbis munimentum, defensio, & propugnaculum, praesidium, & subsidium nostrum contra omnes errores, & eorum autores, qui unquam extiterunt aut posthac sunt erupturi. Nam si Sacramentarij, & Anabaptistae Verba DEI reuerenter habuissent, eisq; simpliciter acquiescissent, nunquam huiusmodi errorum autores aut sectatores fuissent.

Cur accedimus ad Sacramentum?

Vt ibi eiusmodi potiamur thesauro, in quo peccatorum remissionem consequimur.

Quid ita isthuc?

Quia uerba sicut immota, quae talia nobis tribuunt. Idco

Idcirco enim Christus iubet me edere & bibere, quia mihi ex usu, & in rem meam est.

Quid conducit igitur in hunc modum edisse & bibisse?

Id hæc nobis uerba declarant (pro uobis datur, item pro uobis effunditur, in remissionem peccatorum) nempe quod nobis in Sacramento remissio peccatorum, uita, & felicitas, per eiusmodi uerba attribuuntur. Vbi enim remissio peccatorum est, ibi quoque uita est, & beatitudo.

Quod est discrimen inter baptismum & Sacramentum altaris?

Per baptismum regeneramur, & noui prodimus. At tamen manet nihilominus antiqua pellis in homine, tunc ad sunt plurima impedimenta, & tentationes à sinistro hoste diabolo, mundo, & propria carne: ut sæpe in conflictu defatigemur, & uiribus destituamur, nonnunquam impingamus, & labamur. Ideo hoc nobis Sacramentum in quotidiana pascua & alimenta traditum, quò fides in eo refecta, uires & incrementum sumat, ne in tali certamine in neruum, pessum, aut perditum eat, sed subinde fortior, & efficacior fiat, quotidie proficiat ac pergat.

Quis plurimum nos tentat?

Diabolus ita truculentus est hostis, ubi sentit in se eri, ibi tum omnes suas artes experitur, nihil intentatis

DE SACRAMENTO

relinquens, donec tandem sua sedulitate & crebris tentationibus nos defatiget, languidos, mœstos & impatientes reddat. Iam necesse est, hominem in hoc Sacramento novas vires, & vitales spiritus, uigoremq; sumere.

Qualis est autem cibus?

Est cibus animi, qui hominem in spiritu alit, & pascat, quemq; pro certo habemus pignore, et uexillo, quod erigendum contra omnia nostra peccata, demonem, mortem, & omnia infortunia.

Quomodo potest illa corporalis manducatio tantas res conficere, nimirum peccata remittere, & fidei robur addere?

Simpliciter edere & bibere haud dubie non efficit, sed uerbum Christi (PRO VOBIS datur, PRO VOBIS effunditur, in remissionem peccatorum) propter quod corporalis manducatio & potio sunt instituta. Id sane hoc præstat & efficit, si credatur. Ac præstat, ut si delis non tantum simpliciter ore sumat, uerum ut spiritualiter quoq; & in sancta ueritate percipiat id, quod uerba referunt, ac sonant, nempe remissionem peccatorum.

Quis uim Sacramenti percipit?

Qui credit, sicut uerba sonant, & quod offerunt, non enim lignis, aut lapidibus sunt prolata, sed ijs, qui audiunt, quibus Christus dicit: Accipite, & comedite, Accipite, bibite.

Quis

Quis dignè accipit Sacramentum?

Is uerè dignus & idoneus est, qui pœnitètia ductus in hæc uerba credit: Pro uobis traditum, pro uobis effusum. Qui uerò his uerbis, fidem non habet, indignus est. & minimè accommodus. Nam hoc uerbum (pro uobis datur, & pro uobis effunditur) cor fidele & pium requirit.

An non igitur nos ad id ieiunijs & solennibus precibus præparemus?

Ieiunia, & preces, sunt quidem externæ præparationes, & exercitia puerorum, ut corpus se modeste ac honestè erga corpus & sanguinem Christi gerat & moueat. Sed fiducia in animo in uerba Christi, uera est præparatio.

Quomodo te ad id præparabis?

Si quando me sentio infirmum in fide, frigidum in charitate, languidum in spe, propensum ad omnia scelera, ac optarim quidè in fide fortior fieri, in charitate inflammarì, in spe confirmari, & peccatis exonerari: sic itidem cuperem me pium, humilem, facilem, placabilem, liberalem, & ueracem perhibere: tunc sum aptissimus. Quando fames ac sitis iusticiæ maior est, tanto sum accommodatior et habilior. Etenim hoc Sacramentum famelicam desiderat animam. Quicquid antea saturum, id nõ huc pertinet: sicut Maria canit in suo cantico: Esurientes impleuit bonis, et diuites dimisit inanes.

DE SACRAMENTO

Quam speras utilitatem te ex Sacramento percepturum?

Spero me membrum Christi fore et in communionē societatemq; Christianæ Ecclesiæ susceptum iri: ita ut particeps fiam omnium bonorum operum, totius catholice Ecclesiæ, ad hæc omnium meritorum Iesu Christi, eiusq; dilectorum Apostolorum, Martyrum, et omnium electorum Dei: quod tantam mei curam suscipiat, agat et habeat pater celestis, quantam duleissimi sui filij Christi habet.

Quando accedemus ad Sacramentum?

Nobis Christianis nullus certus dies, aut tempus præscriptum, sicut Iudeis suæ paschalis festiuitatis, sed quoties fame, aut siti gratia Dei tangimur, liber et licetui nobis semper patet aditus.

Quid nos maximè impellat & moueat, ut sæpius accedamus?

Tria sunt quæ animum impellunt: Primum, mandatum Christi, cum inquit: HOC FACITE: et quotiescumq; biberitis in mei commemorationem.

Secundum, augustissima promissio Christi, nimirum
REMISSIO PECCATORVM.

Tertium, propria NECESSITAS nostra.

Quid si nullam necessitatem sentiam?

Qui nullam sentit necessitatem, sic agat. Primum, suum ipse sinum contrectet, exploraturus an adhuc carnem & sanguinem circumferat. Quibus inuentis audi, quid Paulus dicat ad Galatas scribens, quod Caro animalculum aut monstrum potius sit, quod alis. Si quis peritum sibi notus, nullam fidem habet, saltem credat scripturis, quæ illi profectò non mentientur.

Secundò, circumspiciat, an adhuc in Mundo uersetur in regno Sathanæ. Si ignorat, uel ex uicino suo querat, an in terris degat. Si uerò etiamnum in Mundo est, non sibi persuaderi patiatur citra peccatum, anxietatem & discrimina uitam acturum.

Tertiò, eat in κοιμητήριον ad ossa, aut sepulchrum mortuorum ac uideat, an suum quoq; sepulchrum adhuc supersit.

Si nullam adhuc sentit necessitatem, dei operam, ut omnes pij ac religiosi preces ad Deum fundant, quod idem ipse faciat, donec saxum illud incredulitatis ab ipsius corde uoluatur: Quo amoto, nullam faciat moram, sed festinet ad quærendum tam salutare remedium, & gratia agat Deo.

Atqui cupio quidem esse aliqua pars accedentium: sed sanctus Paulus os durum adeo habet, & lapides loqui uidetur, cum inquit: Qui edit & bibit

DE SACRAMENTO.

indignè, iudicium sibi ipsi edit & bibit?

D. Paulus loquitur de ijs, qui Sacrosanctum & uenerandum Sacramentum contemptui & ludibrio habent, nihil dijudicantes, adeoq; irreligiosam uitam agentes, quiq; pietati non student, sed eam uenalem habent: ij sumunt sibi in iudicium, & condemnationem. Qui uerò suam imbecillitatem sentiunt, confugiuntq; ad Deum, gratiam expetentes, & cupiunt ex animo à suis liberari peccatis: ij consequuntur peccatorum condonationem, & uitam eternam. Ad quæ percipienda adiumento sit nobis Deus Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Amen.

EOBALDVS OTTHO SYL
uius Visingensis.

Huc quibus æthereas cura est pia scandere ad arcus,

Inter & electos perpetuò esse choros.

Huc agite, hic ducet uos quò iuuat ire libellus,

Pandet hic Elysij læta uireta soli.

Nam liber hic summam fidei complectitur omnem,

Et quæ sunt homini cuncta tenenda pio.

Hic habet æternæ mandata salubria uite

Quæ fugienda tibi, quæq; sequenda docet.

Grata

Grata salus animæ, qua sit ratione parata,
 Per Christum, & sola, discere, petenda, fide.
 Hic si damna premunt, percellunt crimina mentem
 Quis flecti precibus numina sancta queant.
 Hic breuiter nascens mysteria religionis
 Christicolum, & pura simplicitate frui.
 Scripta quidem rudibus sum hæc pueris, et emenda
 Non tamen ut senibus sint negligenda uiris.
 Hic siquidem ueræ fons est pietatis amœnus
 Riuius unde fluit, dulcis at ille tamen.
 Equora lata solent potum præbere molestum,
 Exigui recreant corpora fontis aquæ.
 Quare uult animæ qui consuluisse saluti,
 Hunc legat et ueras auferet auctus opes
 Nam tibi qui Christi pia dogmata nosse requiris
 Proderit ante alios hunc didicisse librum.

MARPURGI CHRIS-
tianus Egenolphus excu-
debat. Mense Sept.
An. Do. 1544.

M. ARPARGI CHRIS.
 Iusius Egnolphus ex-
 cepit. Mene Sept.
 An. Do. 1545